9.

# STATUS CAUSARUM

EXHIBENS

## Corpus Gravaminum unà cum deducta Specie & Juris, & Facti de Attentatis vel Criminibus Publicis ac Privatis

in 3bus Actionibus Juridicis NIMIRUM:

*In Ima. Strictiſſimi Juris, ratione inauditæ Violationis ſupremorum Jurium & Regalium Maj. ac Reipubl. Polon. & M. D. Litthuaniæ, nec non Dom. Ducal. Curlandiæ;*

*In IIda. Vi Bonorum dictorum Neuhoff Raptorum et qvidem non attentâ Summâ & ſpeciali Protectione Sac. Reg. Maj. cum Aſſenſu Dom. Duc. habitâ, attentatorum;*

*In IIIta. Injuriarum tantum ſimpliciter ac privatim Criminali* GENEROSI CAROLI EWALDI KLOPMANN, in Ducatu Curlandiæ Ducal. Capitanei Candavienſis, Actoris & Delatoris 3tiæ vice citantis,

contra

Gnroſos Conſiliarios ſupremos Regentes ſeu imprimis ac ſpecialiter dicendo, contra Gnrſos *Chriſtophorum Friedericum â Sacken* Uti-Landhoffmeiſterum, & *Carolum Fircks* ſupremum Burggravium Ducatuum Curl. & Semigalliæ, atq; Partem complicem ipſisq; adhærentem.

Jam 3*tia Vice vel ſic Peremptorie ac Criminaliter ad Thron. Maj. citatos;*

*Ex quo* ad hæc & *Momenta hujus Proceſſus & longum ſpatium temporis, nempe*: ultra jam circiter 15. *Annorum curſus* patebunt, in qvibus hucusq; in Polonia cum Pleniſſimo zelo ac aſſiduitate Patriotica, nec non hinc inde tot tantisq; facile computandis Sumptibus *NB. ex Propriis Impenſis omnem vigilantiam Juridicam*, tam circa Privatum ſuum intereſſe, qvam præcipue *propter Bonum Publicum* in non *niſi impetranda ac adminiſtranda ſola Juſtitia* fideliter adhibuit

idem ſupra nominatus Actor

*ad Præſens pro Ultimato exclamans* IN NOMINE DOMINI:

FIAT JUSTITIA, PEREAT MUNDUS.

---

VILNÆ, Anno Domini 1746.

# JUSTITIÆ
# SACRÆ REGIÆ MAIESTATIS

*nec non*

## Reflexionibus
## Totius Ser. Reipubl. Polon. & M. D. Litthuan.

*atque*

## Domus Ducalis Curlandiæ,

Seu *futuri* in Livonia Curlandiæ & Semgalliæ *Celſiſſimi Ducis* in poſterum Emolumentum *tandem* ad Præſens *per viam Juſtitiæ* effective abolendorum *Gravaminum tot tantorumq; Momentorum, tam circa Publica, qvam Privata Evidentium,*

Hæc ipſa fiducialiter exhibet

*Cum* ſubditiſſimo *Patriotico Zelo* ac *Obſervantia*, nullam recompenſationem *nſuper* expectans, ſed potius *non niſi Juſtitiam* ubiq; locorum ſacroſancte practicabilem, *ſi necdum de Publico*, *ſaltem* circa ſuum Intereſſe privatum efflagitanter obſecrando.

SUSPIRANS ACTOR.

## Pro Notitia & Memoria.

1.) Literæ ordinariæ merita ſeu ſtatum cauſarum atq; gravaminum cauſis immediate incorporatorum deſcribunt.

2) Minores vero Literæ allegata Documenta, Argumenta & Deductiones Jurium fundamentalium & Supremorum Regalium Maj. Reipubl. ac Domus Ducalis totiusq; Status Curlandiæ, itaq; Statum controverſiæ & rationes decidendi exprimunt.

3) NB NB. Pag 24 ubi hæc in duplo inveniuntur, ab ibi brevis & ſuccincta Relatio Generalis, ſeu Compendium Gravaminum factorum & attentatorum generaliter omnium (alias pro qvalificatis cauſarum circumſtantiis diſtincte fuſius ac ſpecialiter deductorum) usqve ad Cathegoriam ſeu petitum currit & patet.

*Totum hoc opus dignum eſt attentionis Juſtitiæ*; agitur enim juridice de honore, fama, vita & fortuna, *imo realiter de oppreſſione libertatis* Nobilitatis, *nec non de Ipſiſſimis Juribus S.R.M. Totiusq; Ser. Reipublicæ*, ac ſic qvoq; effective *in materia ſtatus de Bono Publico*, prout *id intra* pluribus viſum *patet*.

NB.

# NB. *Tres enim ſunt Cauſæ prout iſtæ Seqventibus patebunt diſtinctè.*

*Terminus 3tius ſeu definitivus ex Citatione peremptoria Criminali*

## *MERITUM*

*Imæ CAUSÆ Actoris, qvæ Ratione Capitaneatus ejus Candavienſis in non violandis Regalibus ac Juribus Cardinalibus Maj. Reipul. & Domus Ducalis Curlandiæ fundata, Actione ſtrictiſſimi Juris comprehenditur, eſt TALE:*

Anno 1730 Celſiſſimus nunc pie defunctus Dux Curlandiæ Ferdinandus dedit Gnrso Actori (ut ipſi Gnrsi Citati id negare non poſſunt) tam ob luſtrum Domus qvam merita Perſonæ ſpecialiter expreſſa Diploma Inveſtituræ vulgo: Privilegium, ſupra Capitaneatum Candavienſem; Videatur inter Documenta cum annexis argumentis.

*Diploma Inveſtituræ Actori datum.*

Imo. In actis ratione ejuſdem Capitaneatus ſub Num. I mo Privilegium.

Jn fundamento hujus privilegiatus Capitaneus Candavienſis ad Præſens Actor abſente Principe apud conſiliarios Regentes bis fecit inſtantias ſolito more de ſolita formali inſtallatione, vide in forma probante inter originalia ſub Lit. A & B.

Hi inſuper tunc reſultatum modicæ expectantiæ dederunt, tenore cujus id nec apice tetigerunt, qvod poſtea & nunc ſub variis fictis ac ſibi in vicem contradicentibus-putativis prætextibus ipſiq; veritati obſtantibus, nimis temerè & inaudito in vanum objicere non erubeſcunt, nempe: acſi iſtud Privilegium ab actore in virtute Regalium Sac. Reg. Maj. atq; Domus Ducalis Curlandiæ obtentum a Celſiſſimo Duce illegaliter abſente datum, conſeqventer propter talem Ipſius illegalem abſentiam contra Jura eſſet, vel acſi qvicqvam aliud legalitatis Privilegiato obſtaret; aſt potius legalitatem omnigenam ac legitimationem ab eodem actore præſente, NB in fundamento hujus Privilegii, qvæſitæ Jntromiſſionis ipſimet pro tunc per omnia ac in omnibus debitè recognoſcendo, hanc ipſam inſtallationem tantum diſtulerunt ſeu limitarunt, donec idem Capitaneatus a Perſona moderni illuſtriſſimi Domini Comitis Keyſerlingk evacuatus fieret.

*Inſtallatio ſolennis à regentia ad quoddam tempus tantum dilata.*

IIdo. Vide Reſultatum Conſiliariorum ad petitam Jnſtallationem Actoris de tantum modicè expectando, ibidem inter originalia ſub Lit. C.

Utiq; hic ipſe tum temporis eundem Capitaneatum NB. non tanqvam a Duce legitimè privilegiatus Capitaneus poſſidebat, ſed amici & colligati ſui, nempe conſiliarii ſupremi, hunce Capitaneatum ipſi indebitè in poſſeſſionem dederant, & ſic idem Capitaneatns ab Ipſo tantummodo cum appropriato titulo qvaſi Capitanei Ducalis ad interim

poſſidebatur: Quod, qvia citati id aliter, nimirum: acſi ipſe a Duce legitime privilegiatus ſeu inveſtitus Capitaneus Ducalis, conſeqventer Capitaneatus idem tunc nondum *legaliter vacatus* fuiſſet, contra manifeſtam veritatem inter cætera confuſa blateranter objicere qvoq; non erubeſcunt, ad probandum jure teneantur.

*Poſtea vero actorem inaudito degradare, imo & jura ſuprema ac Regalia Maj. Reipubl. & domus Ducal. de facto uſurpare hæc ipſa Regentia attentavit, & qvidem ſub perverſe ficto prætextu illegalis abſentiæ ac nondum redditi homagii Ducis.*

Aſt nihilominus pro evitando omni ſtrepitu Juris Gnrs. Actor etiam hoc modicum tempus ſupra fatæ tum inſtantaneæ Evacuationis Keyſerlingkianæ, itaq; ipſiſſimam qvoq; ceſſationem impedimenti ab ipſis Conſiliariis tunc tantum pro tempore objecti, cum omni pacifico animo expectavit; Gnrsi vero Conſiliarii Supremi attamen in Poſt-facto tam contra idem proprium ſuum reſultatum & qvidem in injurioſiſſimam poſt poſitionem perſonalem Gnrsi Actoris, nec non in realem cauſationem ejusdem magnorum damnorum, ſeu in apertiſſimam deſpoticam privationem panis bene merentium eidem a celſiſſ. Duce, diplomate inveſtituræ ſupra Capitaneatum benigne diſtributi, ac ex gratia principis dati, ab ipſismet Limitatam Inſtallationem Actori denegarunt, & ſic contra Actorem privata delicta commiſerunt, qvam qvod maximum eſt, eundem Capitaneatum Actoris aliis contra omnia jura diſpenſationis ac ordinationis S. R. M. & totius Ser. Reipublicæ atqve contra qvævis jura cardinalia in genere ac in ſpecie contra Pacta ſubjectionis & ſubſecutam ſpecialem incorporationem, nec non formulam Regiminis Curlandiæ, ejusdemq; antiqviſſimam Praxin continuam circa danda diplomata & Privilegia inveſtiturarum, ſeu diſtributionis dignitatum publicarum, panisq; Bene-Merentium ſoli Principi *imprimis* a Perſonalitate ſolenniſſime *diſpenſato, aut inveſtito* Competentia *ſub ſibi poſtea ficto Prætextu abſentiæ Ducis, ac nondum inveſtiti Principis ſeu perverſe allegatæ* deciſionis commiſſorialis de Anno 1717. *ſibimet poteſtatem qvoq; acſi privilegandi,* vel Beneficia publica conferendi *in audito* ac de facto *arrogando*; itaq; nimis publica crimina committendo putative conferre attentarunt: *Cum tamen Princeps legaliter abſens* ipſa natura Juris *præſens, conſeqventer tali,* præcipuè in mère Regalibus ſuis *obtemperandum.*

*Refutatio hujus Prætextus ex conſtitutione de Anno 1726.*

IIItio. Vide in Conſtitutione Regni de anno 1726 de Ducatu Curlandiæ concernentem clauſulam diſpenſationis â perſonalitate adeo factæ, ſeu abſentiæ Ducis inter alia qvoq; ob evectam ipſius ſenectutem adeo pro Legali ſolenniſſimè declaratæ, ut nec pro reddendo Homagio præſentia ejus, alias coram ipſo Throno Maj ac facie totius Reipubl. profecto multo plus, qvam in Ducatu ſuo debita, reqvireretur, qvamvis Dux ibi Vaſallus hic autem in Ducatu Dominus itaq; debitum majus Vaſalli ſemper magis debito minori Domini conſiderandum.

*Refutatio e reſcriptis Regiis.*

IVto. Vide in actis metricis Regni tot Reſcripta Regia de NB: circa Regalia, ſeu Jura Perſonalia Prærogativa Dncalia obtemperando Duci jam antea emanata.

Vto. Vide ibidem Reſcriptum Regium die 8vo Junii Anno 1726 ad Status Curlandiæ editum, tenore cujus jam tunc hic Prætextus abſentiæ ac nondum redditi Homagii Ducis Ferdinandi ſpecialiter prohibitus, et ne ſub hocce Prætextu qvicquam attentare præſumant, ſat intimatum eſt.

VIto

VI to. Vide ibidem quoq; poſtea Declarationem expreſſam per Reſcriptum regium in Fundamento hujus ſupra allegatæ Conſtitutionis, Anno 1727 die 26 Aprillis ad ſtatus Curlandiæ de obtemperando Duci legaliter abſenti, datam.

VII mo Vide Diploma inveſtituræ Eidem Duci Ferdinando A. 1731 Varſaviæ datum, per quod in omnibus Juribus Suis Ducalibus, & ſic imprimis in juribus ſuis Perſonalibus per ſe Prærogativis, nimirum Beneficia publica conferendi, ſeu Regalia Domus Suæ Ducalis exercendi, ſat confirmatus fuit.

*Refutatio ex ipſiſſima inveſtitura Duci ſolenniſſime peracta.*

VIII vo. Refer huc Privilegium in actis ſub Num. I mo viſum, nempe: idem dato ſuo teſtante poſt ſolenniſſime a Duce vigore allegatæ conſtitutionis de A. 1726 obtentam diſpenſationem a perſonalitate, itaq; NB: a ſolenniſſime legaliter abſente, tanqvam a præſente Principe Gnrſo actori benigne ex gratia ducali diſtributum, ac pari modo poſt allegatam A. 1731 ſubſecutam inveſtituram & præſtitum Homagium (in qvo Dux etiam ſupra inviolabilitatem jurium ac legum Patriæ jam ipſemet juraverat, conſeqventer NB. in poſtfacto ex propoſito nil in contrarium eorundem ſine perjurio agere poterat) ab ipſo Duce inveſtito abunde qvoq; ratificatum & roboratum eſſe. *Teſtantur* id ultimum tot reſcripta Ducis poſt inveſtituram data, ac remotô inſuper notoriô (ſi placet) ad reviſionem inter originalia pro ſuperfluo parata, quod, quia id ipſum citati, eorumq; complices Collegæ nunc demum contra omne Veritatis fundamentum de colorandis ſuis attentatis inter cætera abſona attamen negant, et contra confuſe blaterant: acſi idem Privilegium a Principe NB: illegaliter abſente, conſeqventer indebite datum, item acſi iſtud tantum ante perſonalem inveſtituram datum, poſt hanc Ipſam Inveſtituram vero nullum a Duce perſonaliter ſive ſpecialiter inveſtito acceſſum robur, vel conſolidationem juris obtinuiſſet, ſine Ellypſi ex toto diſtincte reprobare teneantur; ad hæc pro illuſtratione hujus crinomeni rei, quoq; ab ipſis directe reſpondendum: *utrum ſeu qvando poſt ſolenniſſimam diſpenſationem a perſonalitate, vel poſt Ipſam Inveſtituram a Duce Ferdinando etiam ſpecialiter et perſonaliter acceptam, Regalia Maj: & Domus ducalis de facto violare ſeu Capitaneatum actoris aliis putative conferre non attentaverint;*

*Hoc loco directe a citatis reſpondendum, qvando poſt inveſtituram principis nihilominus contra regalia & ſimilia non attentaverint*

Aſt qvoniam hæcce ab ipſis attentata publica una cum inſuper connexis pluribus ſequentibus poſt inveſtituram non facta eſſe, nunqvam reprobare poſſunt, qvare ergo: acſi de illegaliter abſente, ſeu de nondum inveſtito *D*uce contra qvævis veritatis ac rationis fundamenta fruſtra jactitare non erubeſcunt? utiq; hi ipſi citati omnia perſonalia Jura Ducis Ferdinandi apud Totam Ser Rempubl: ob ſervitia qvondam in bello præſtita ſingulariter bene meriti, & ex antiqva ſtirpe ducali tum temporis tam in proceribus ſuis ſimultanee inveſtiti, quam manifeſte legaliter abſentis, & pro ſemetipſo ſpecialiter vel perſonaliter inveſtiti, ideoq; ſic nonſolum in ſummum præjudicium Totius Domus Ducalis & pro tunc, & pro nunc mere Prærogativa ducalia ſed etiam ipſiſſimæ S:R:Maj: totiusq; S:Reipubl: Regalia ac Jura ſuprema, in qvibus ad præſens cauſæ juridicæ Gnrſi Actoris indiſſolubiliter fundatæ, deſpotice ac inaudito violare attentarunt, ipſimet autem (uti notorium) poſtea facto Duci Curlandiæ *Biron* Petropolis Reſidenti, qui ex noviſſima ſtirpe erat, conſeqventer nullam ſimultaneam inveſtituram præ ſe habebat vel habere poterat NB. ante, qvam idem a Perſonalitate diſpenſatus ac unqvam ullo modo inveſtitus, potius vero NB plane extra Limites Regni abſens erat, attamen jam plenarium regimen in Feudo ſine ulla contradictione conceſſerunt.

*Princeps vero & ſimultaneé & tum jam perſonaliter inveſtitus fuit.*

IX no. Vide expreſſum § 4 tum Formulæ Regiminis Curlandiæ, vigore cujus Conſiliarios abſente Principe (NB. qvamvis tali, qvi necdum quovis ſalvo jure S. Reg: Maj: & Reipubl: ibidem ſpecialiter reſervato gaviſus, *attamen pro ſub intelligenter conſervanda autoritate ducali*, non ſub alio, ſed: *ſub ipſius Principis abſentis nomine, interim adminiſtrationis munia, etiam ibidem circa ſolam Juſtitiam ac bonum Ordinem œconomicum expreſſis verbis definita*, habere oportet; etenim, ſi ſub hiſce adminiſtrationis muniis qvoq; regalia oſſibus Principis inhærentia, ſaltem

*Deductio Regalium ac jurium prærogativor. Perſonalium Domus Ducal. ex formu-*

*la Regiminis Curl.*

ſaltem cointelligi poſſent, ſeqveretur jam ex eodem contextu, in qvo nimirum: etiam de infirmo Principe dictum, ſtatim hoc abſurdum, qvod ſi Princeps interdum tantum febri infirmus foret, conſiliariis pro ſuo Lubitu in continenti qvoq; ſuper beneficia publica diplomata inveſtiturarum diſtribuere liceret. Deniq; jam ſuper totum hunc ∬ 4tum omne jus ſalvum Sac: R: M: & Reipubl: expreſſe in eo ipſo ∬ ſpecialiter reſervatum, & ſic Princeps vigore hujus plenarie diſpenſari potuit, prout (uti ſupra tam probatum, quam plus infra adhuc probabitur) *qvoq; circa omnia exigentia ſolenniſſime diſpenſatus erat.* Ergo hinc inde æqve, ac ex perverſe a citatis allegata commiſſoriali deciſione de A. 1717 ipſis, nempe: Conſiliariis nec ſpecioſus prætextus, multo minus probatiuncula qvædam ſupereſt, qvod ſupra & contra directam Præeminentiam ac Autoritatem Ducis et de illegalitate ipſius abſentiæ a ſolo Dominio ſupremo Maj: & Reipubl. diſcernenda, judicare, *conſeqventer minime tum*, cum Dux a perſonalitate jam ſolenniſſime diſpenſatus imo tam per ſimultaneam, qvam ſpecialem inveſtituram in omnibus juribus ſuis, præcipue perſonalibus prærogativis ſat confirmatus, non ſolum ſupra ac contra totius Domus Ducalis, ſed etiam ipſiſſimæ Sac. Reg. Maj. totiusq; Reipubl. Eſſentialiſſima Regalia in audito adminiſtrationis munia extendere, itaq; effrenatâ pertinacitate apertiſſima crimina publica unà cum magna injuria, majoribusq; ad haec damnis privatorum intereſſantium attentare ſibi licuerit, ſeu liceat.

*Probatio directa ac ipſiſſimis verbis ex eadem formula Regimin. qvod Regalia immediate â perſona Principis ſeu Ducis Curl. dependeant.*

Xmo. Vide § 2dum ibi antecedenten, et patebit, *qvod Principi Jus ſuum perſonale prærogativum adeo antecedenter reſervatum, ut ei liceret*, in caſum exigentiæ qvoq; Cancellarium ex qvovis nobili Indigena NB. qvamvis non officiato (modo ſit doctus) creare. Nam abſonum eſt, qvod adverſarii Actoris huc contra omnem rationem qvoq; Præſentiam Ducis qvaſi ſubintelligendam eſſe, addendo reſtringunt: Cum *ſcilicet* Dux non abſens Ducatu ſit; utiq; nec in Verbis nec in ſenſu hujus antecedentis ſeorſivi ∬ 2di hæc illorum addita, *& nunc primum ficta interpretatio* legitur, nec ſaltem ex parte intelligibilis invenitur, qvia tunc *nimis ſuperfluum fuiſſet, Principi præſenti id* in ſeparato antecedenti §. *expreſſe reſervare, qvod per ſe profecto non Conſiliariis*, ſed ſemper Præeminenti Celſitudini Principis competeret, conſeqventer talem abſonum involvêret ſenſum: acſi nempe, *ſi iſte § 2 non fuiſſet antecedenter expreſſe poſitus*, etiam Præſente Duce in Ducatu, attamen Regalia qvoq; non Duci, ſed ejus miniſtris Conſiliariis ſupremis diſponere competerent &c. itaq; Dux vel abſens, vel praeſens, ſemper tamen erga autoritatem Miniſtrorum ſuorum nihil eſſet, vel tantum eſſet ad commodandum Nomen ſuum Miniſtris, ut ſupra & contra Ipſum de proprio ſuo lubitu ac intereſſe privato regere, omniaq; jura ducalia, qvinimo! et mere perſonalia Ducis ſeu Regalia totius Domus Ducalis invertere ac uſurpare poſſent. Patet ergo quoq; ex hac illorum analyzata interprætatione (ratione ab ipſis additæ Requiſitionis Præſentiæ Ducis) ſat abunde ac ubiq; abſurdum, qvod Contextu ∬ ∬ orum 7 & 54 plus ad huc revelatur, dum ſic reiteranter cum majori illuſtratione ibidem exſtat, ut *nimirum aditus ad qvævis officia & dignitates Voluntate, gratia & benevolentia Principis* (NB Tantum expreſſa, apagè ergo Conſiliariorum hac in materia directè contra mentem, autoritatem Regaliaq; Principis ſui, Sentientium) patere debeat, & ut inſuper omnes juxta proximo ſubſeqventem § 55. Ejusdem formulæ Regiminis, Principi obedientiam ac honorem exhibeant; Ex qvibus itaq; ſaepe reiteratis § §vis Jura perſonalia prærogativa juxta Brocardicon Politicum oſſibus Principum inhærentia nempe: de conferendis dignitatibus publicis, vel in diſtributione Panis bene merentium toties qvoties reſervata Principis expreſſisſime concernentibus, ſat ſatis diſtinctè & abundè conſtat, Regalia Domus Ducalis Curlandiæ ab adminiſtrationis Muniis in 4to § abſente Principe, Conſiliariis Regentibus circa ibidem definitam ſolam Juſtitiam & bonum ordinem Oeconomicum tantum conceſſis, totô cœlô diſtare, imò & profectò hos ipſos § §: Ipſiſſima Regalia tam ſæpiſſime ac reiteranter concernentes, propterea pluries poſitos & multoties expreſſos eſſe, ut Conſiliariis tanto minus etiam in poſterum aliqvis prætextulus irriperet, ſeu taliter-qvaliter eveniret, vel inſerperet, qvô ſe emancipare

emancipare poſſent, inter hæc adminiſtrationis munia ipſis conceſſa, contra Jura Perſonalia prærogativa Principis, ſeu Regalia qvicqvam attentare, & ſic non ſolum ſibimet ipſis una cum colligatis ac favoritis ſuis, aut plus licitantibus contra expreſſam autoritatem, mentem ac voluntatem Principis ſui, ſub abuſo Nominis ejus, gratiam Ducalem, ſeu dignitates publicas & panem bene merentium proprio lubitu qvaſi diſtribuere conſeqventer invitô Duce, qvaſi dignitarios Ducis Duci obtrudere, ſed etiam tali modô Domum Ducalem propter ſolam abſentiam Ducis omnibus Juribus Prærogativis, ſive merè Regalibus totaliter privare, imò etiam eò ipſò omnes bene meritos â Principe ſic nullam gratiam diſtribuere potente, vel planè avellere, vel unà cum autoritate ac intereſſe ejusdem ceu DominiPatriæ, deſpoticè ſupprimere & annihilare.

XImo. Refer huc pro ſuperfluo praxin continuam celſiſſimorum Ducum Curl. Jacobi è Svecia, Friderici Caſimiri é Brandenburgo, nec non ipſius Ferdinandi è Polonia & Gedano, qvi omnes Ducatu abſentes & qvidem ultimus, qvamvis tunc nondum perſonaliter inveſtitus, attamen, imo antea tantum Tutoriô nomine tum minorennis Ducis Curl. Friderici Wilhelmi, poſtea poſt fata hujus Jure ſucceſſionis ad ſe devoluto, pro ſemetipſo Perſonalia Jura Prærogativa, ſeu Regalia Domus Ducalis ſemper, & ſine ulla unqvam contradictione facta, debitè, decenter ac legaliter habuerunt, itaq; tam ab olim ante, qvam NB. poſt perverſè nunc demum â citatis allegatam Commiſſorial. deciſionem de Anno 1717. Conſiliarios Supremos una cum cæteris dignitariis, utpotè: Gnrs. Keyſerlingk in Cancellarium, Bruggen in Landmarechaleum, aliosq; in alios dignitarios *ipſe Dux Ferdinandus & abſens, & qvidem tum necdum â Perſonalitate ſolenniſſime diſpenſatus, necdum inveſtitus*, imo forſan nemine contra ſomniante, ex gratia Ducali Regaliter creavit.

*Probatio ex Praxi eorum continua.*

XIImo. Refer huc qvoq; ipſiſſimam Praxin coram facie Commiſſionis Magnæ Anno 1727 factam dum tunc ipſi Generoſi Conſiliarii Supremi, nempe: nunc pie defuncti Supremus Burggrabius Koſciuſko & Landmareſchalleus Hahn, qvi procul dubio æqve conſcientioſe, ac alii legitimi Dignitarii ſupra deciſionem commiſſorialem de Anno 1717 juraverant, expreſſè in fundamentoRegalium Domus Ducalis, ſeu merèPerſonalium Jurium PrærogativorumDucis, id eſt ſpecialiter dicendo: in Fundamento Privilegii a Duce Ferdinando eidem *Hahn* dati, contra generoſum Brackel, qua tum temporis UſurpatoremLandmarſchaleatus legaliter proteſtati ſunt, conſequenter juridicam actionem tantum inſtituendo, ſtatim coram Facie ipſiſſimæ commiſſionis magnæ (NB. qvæ anteriorem deciſionem commiſſiorialem de A. 1717. confirmando, pro certo nil horum in contrarium ejus, vel propriæ ſuæ confirmationis admiſiſſet, ſi in ea juxta oblocutiones, ſeu putativas objectiones citatorum ex eadem male compilatas, quicquam ad Rombum hujus materiæ mereReg: realiter inveniſſet) ſine ulla contradictione idemPrivil. ducis ſuperLandmarſchaleatum inveſtitus genrſ. Hahn ad poſſeſſionem hujus a duce obtenti Landmarſchaleatus ſui debitè admiſſus. Probatur hoc *ultra notorium* ex actis ejusdem commiſſionis magnæ. *Qvomodo ergo a citatis* ſuisq; complicibus Collegis Finck & Behr coadcitatis rebus tam adeo manifeſte contrariis, nihil ominus adhuc plane perverſa interpr*e*tatione hiſce ambabus commiſſionibus (ne dicam totiReipubl: qva per conſtitutionesRegni deA.1733&1736. Haſce ambas commiſſiones qvoq; confirmanti) *nimis abſurde & nefarie imputari poteſt, acſi nimirum: ab anteriore commiſſione de A. 1717. contra expreſſa jura fundamentalia ſeu cardinalia Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ, eorumq; Praxin continuam ſupra ſat deductam ac probatam, attamen mere Perſonalia Iura Prærogativa vel Regalia Domus Ducalis, legaliter abſente, ſeu nondum ſpecialiter inveſtito Duce nihili facta, conſiliariisq; contra mentem ac voluntatem expreſſam Ducis, imo ſic directe ſupra & contra ipſum Ducem inter cætera qvoq; data, ſive conceſſa eſſent, Dux vero tali modo omnibus juribus, imo & mere Perſonalibus ſuis Prærogativis privandus, ſeu eo ipſo qvaſi exfeudatus cenſendus eſſe deberet? vel acſi poſterior commiſſio magna de A. 1727. quicqvam e diametro contrarii, ſeu præjudicioſi plus fatæ anterioris commiſſionis de A. 1717. conſeqventer & ſuimet ipſius, nimirum: ratione confirmationis ſuper illam per hanc ipſam-*

*Imoqvoq; poſt perverſè â citatis nunc allegatam commiſſ. de Anno 1717 coram ipſa facie commiſ. magnæ Anno 1727. legaliter admiſſa & approbata.*

*Reſpondeatur ergo inſuper a citatis NB. hic etiam directe.*

*ipſammet facta, aperti incongrue, imo qvaſi ſtolide admiſiſſet, ſeu commiſiſſet? reſpondeatur inſuper, jure* ab ipſis citatis directe ſaltem in reparandam famam earundem ambarum commiſſionum Regiarum, alias per ſe bonam, ac venerandam, tali vero ineptiſſimo imputato manifeſte offenſam.

*Deductio discriminis juris circa perverſe a Regentia objectum punctum, in Commiſſorialibus Deciſionibus de Ao. 1717. non contra regalia jura Domus Ducal. ſed contra ſolam Perſonam Principis pro tunc contumacis pro ratione ſtatus eventualiter ſancitum.*

XIIImo. Refer enim huc hocce diſcrimen juris, nempe: cum quidem commiſſio de A. 1717. & qvidem tum temporis NB. ſtante contumacia Principis, in contumaciam ipſius nondum Perſonaliter inveſtiti, vel a Perſonalitate ſolenniſſime diſpenſati ſtatuerit, ut Principe non inveſtito, qvoq; Regalia, ſeu Prærogativa ipſius Jura Perſonalia a conſiliariis diſponi poſſent, tamen ſemper ſana ratione id non contra jura fundamentalia & Regni, et Patriæ, eorumq; praxin continuam, nec non contra omnia jura politica abſurde factum, aſt potius ſecundum horum conformitatem ex laudabili præcautione politica ſancitum, ſeu proviſum eſſe, legaliter imo ipſa natura omnium jurium ac legum debite intelligendum, id eſt: *qvatenus id ipſum Principe tali pro tunc contumace, & nondum perſonaliter inveſtito*, in poſterum fortaſſe eventum caſuum urgentium Juribus ac legibus qvà extra-ordinarium qvid, minime prohibitorum, pro integerrima conſervatione ſtatus feudi â Republica non avellendi, locô qvaſi vinculi, ſeu pœnæ eventualis contumaciæ majoris neceſſarium foret; Verbi gratia: *Si Princeps* non inveſtitus *ſimpliciter contumax* ſtante adhuc ſive continua tali contumacia ſimplici, ſucceſſu temporum *etiam ſed propter abſentiam Perſonalitatis in ipſa materia ſtatus directe requiſitæ, nimis contumax exiſtendo*, in apertam convulſionem ſtatus, ſeu avulſionem feudi homagium ſpecialiter præſtandum nuncqvam præſtare declararet, vel idem ſemper recuſaret, vel contra Jura fundamentalia exteraneis, alienigeniſve, tanqvam creaturis ſuis in præjudicium indigenarum bene-meritorum, itaq; in Confuſionem ſtatus Diplomata inveſtiturarum ſuper dignitates ſtatus publici feudalis dare intentaret, vel qvicqvam aliud manifeſtæ feloniæ, ſeu manifeſtæ violationis jurium fundamentalium ſtatus feudi ex nimia contumacia committeret, cum nempe: contumacia Principis ſic nimis in poſterum augmentata foret, vel ingrandeſceret; *non autem, ut etiam tum, cum Princeps ab omni contumacia liber, imo ſpecialiter inveſtitus, nihilominus qvoq; tali* Conſiliarii Regentes directe obſtarent; Utiq; qvod ſic, & non aliter, vel contra antiqva jura fundamentalia hæc lex nova plus allegatæ commiſſionis de Anno 1717 debite ac convenienter intelligenda atq; haud perverſe interpraetanda, probatur tanto magis, qvanto etiam §vo 52 formulæ Regiminis Curlandiæ, qvam tamen qva legem cardinalem totius ſtatus Ducalis Reipublicæ ſubnexi, ipſa commisſio animum invertendi nec habuit, nec habere potuit, inter alia Jura hunc ſtatum Ducalem concernentia, expreſſe providendo, ſancitum, *ut nimirum* omnia, qvæ hâc ipſa formula Regiminis continerentur, non ſolum pactis primæ ſubjectionis hujus provinciæ, ſed etiam Juribus aliorum Principum Vaſallorum, feudali titulo provincias poſſidentium, atq; adeo ipſi *æ*qvitati ac juſtitiæ eſſent conformia.

NB. Qvoniam nunc nec expræfatis pactis ſubjectionis, nec ex aliqvo Jure feudali Chryâ oſtendi, nec ex æqvo & juſto ſaltem deduci poteſt, qvod juxta horum conformitatem cuidam Regentiae mere Jura Perſonalia Prærogativa, ſeu ipſiſſima Regalia Principis ſui directè contra mentem, autoritatem & intereſſe ejusdem Domini ſui ſub qvovis titulo attentare, vel ſub aliqvo prætextu, multo minus toties, qvoties interdicto, ſeu ſic de facto uſurpare, & violare liceat; ergo ſenſus deciſionis plus fatæ Commiſſionis de Anno 1717. ne his præmiſſis difformiſſimus fiat, non aliter, niſi his ipſis conformis debite ac convenienter cointelligendus, nullatenus autem, uti Citati nunc nimis impudenter & temere faciunt, contra ineptiſſimè compilandus, ſive habendus.

Ad hæc, qvamvis adverſarii iterum hic contra jactitarent, hanc definitionem, ſeu hocce definitum diſcrimen Juris non expreſſis verbis in allegata deciſione commiſſionis de Anno 1717. inveniri, facile tamen replicaretur: idem qvoad ſenſum ſat viſibile, ideoq; qvodcunq; inſuper contrarium jam refutatum patere, dum nimirum: de Jure conſiderandum, legem novam hujus com-

commiſſionis nullatenus contra antiqva ac ultra notorium hic probata & deducta Jura, præcipuè Fundamentalia & Regni & Patriæ, eorumq; praxin, etiam coram ipſa facie ſubſecutæ commiſſionis magnæ de Anno 1727 continuam (prout ſupra per cauſam Gnrs Hahn qvoq; factum & probatum) *durante antiqvô ſtatu Ducali* inepte interprætandam, deniq; hanc ipſam definitionem, ſicuti implicite ab illa anteriore commiſſione NB. tum temporis pro ratione ſtatus non aliter, ac ſic juxta ſemper ſubintelligendam conformitatem omnium Jurium, imprimis ac ſpecialiter fundamentalium Regni & patriae eventualiter providendo ſancitam, atq; ſic in ipſiſſima Æqvitate ac Juſtitia ſat viſam eſſe, ita tamen pro tunc caſu tali necdum actualiter exiſtente, civilitatis gratia erga Principem omnibus juribus ſuis, ob ſimultaneam inveſtituram ab ipſo principe acceptam, & necdum minime alteratam, adhuc gaudentem, explicitè omiſſam eſſe, modo autem hic *ad excutiendum chaos* exindè â parte adverſa nunc perverſæ *fictæ putativæ objectionis*, (ſalvô omni Reſpectu â parte actoris erga Prærogativa Domus Ducalis, in Baſi Jurium ac legum) explicitè ponendam fuiſſe.

*Lex nova durante antiqvo ſtatu nunqvam contra antiqva jura fundamentalia ejusdem ſtatus perverſe intelligenda.*

Probatur qvoq; hæc definitio ex eo, qvod iſta commiſſio de Anno 1717 de cætero nec minimâ Chrya Judicatum ſtatuit, Principem acſi illegaliter NB. Ducatu abſentem, aut *propter contumaciam nondum* ſpecialiter inveſtitum, & ſic vel propterea, vel ex qvolibet alio capite Juris, Prærogativis Juribus Perſonalibus, ſeu Regalibus ſuis ad interim privandum, vel abjudicandum eſſe; utiq; NB *non niſi prævia cognitione hujus ſtatui poſſibile foret*, ut ideo conſiliariis tali Principi nimis contumaci (*apage vero! Principi ab omni contumacia libero, & ad hæc per ſpecialem inveſtituram in omnibus Juribus ſuis Ducalibus ſat confirmato*) in toto, conſeqventer & in Regalibus pro integerrima conſervatione ſtatus feudi, obſtare liceret. Aſt hoc plane non excuſſo, multo minus judicato, plus fata commiſſio de Anno 1717 nec ſtatuit nec de ſimplici & plano ſtatuere, ſeu concedere potuit, ut Conſiliariis licitum eſſet, *propter ſolam abſentiam Ducis, vel propter nondum* ab ipſo *ſpecialiter* acceptam inveſtituram omnia ipſius Perſonalia Jura Prærogativa, ſeu merè Regalia ad interim directe ſupra ac contra autoritatem, Præeminentiam & Intereſſe Totius Domus Ducalis uſurpare, multo minus, ut his, id eſt: talibus, qvi ipſimet in fundamento omnium præmiſſorum Jurium Supremorum Sac. Reg. Maj. Totiusq; Reipubl: atq; Domus Ducalis Curlandiæ neutiqvam ſunt veri, ſeu legitimi Conſiliarii Ducis, *ſed tantum intruſores* imò qvorum aliqvi ipſimet apud Ducem ſolicitati ſunt, ut illos in officiis publicis conſtituendo conſervare dignaretur, *hoc vero non obtento poſtea de facto & violenter uſurpatores dignitatum publicarum facti ſunt*, liceret, â Duce legitimè privilegiis Ducalibus inveſtitos, conſtitutos ac legitimos dignitarios, tanqvam illegitimos viâ facti repellere, et de facto ac inaudito qvaſi degradare, è contrario ſibimet ipſis, Favoritis & conſangvineis ſuis, aliis autem non niſi pro pecuniis beneficia publica alias gratia tantum Principum bene-meritis diſtribuenda, pro ſuo intereſſe privato ac proprio lubitu diſtribuere, vel uti vendere, itaq; non ſolum alios, *ſed etiam ſemet ipſos expreſſe Invito Duce qvaſi dignitarios Ducis Duci inaudito obtrudere*, ſeq; ſic maximè divitare, imo ad hæc *â majori ad minus concludendo*: ultra autoritatem totius illuſtriſſimi Senatus Regni (utiq; hic nec minimum Capitaneatum vulgô Staroſtiam, nec qvoddam aliud Regale conferre poteſt) atq; ſic in apertiſſimum deſpectum paritatis nobilitatis totius illuſtris ac generoſiſſimi ordinis eqveſtris deſpoticê exaltare, intereâ eô ipſo Celſiſſimam ſemper Præ-Eminentiam Totius Domus Ducalis tam pro tunc & nunc, qvam conſeqventer, NB. per talia nullibi terrarum audita præjudicata, in poſterum, ſub violentiſſimo abuſu nominis Ducis totaliter debilitare, vel acſi annihilare & exſtirpare.

*Probatio hujus definiti discriminis qvoq; ex ipſa Commiſſ. de Anno 1717. deſumta.*

*Per concluſion. ſeu argumentationem a majori ad minus ſat manifeſta.*

Probatur porro hæc definitio exemplis notoriis inſignium patriotarum; etenim generoſus *Meerfeld*, qui tempore commiſſionis magnæ: A. 1727 comitiorum Ducatus Curlandiæ Marſchallus erat, *Rutenberg* qui etiam totius Status Curlandiæ legatus Poloniam bis fuit, & *Grothuſen* pro tunc de Warthagen, qui tanquam Vir liberatiſſimus ac inſignis rerum ſtatus publici expers, vulgo: ſtatiſta in tota patria notus, pro certo non Inſcii veri Senſus hujus deciſionum

*Probatio ejusdem exemplis inſignium patriotarum ſtatus.*

commiſſa-

commiſſorialium de A. 1717 fuerunt: dum, cum conſiliarii regentes ſub ſibi ex eadem perverſe ab ipſis habita deciſione, arrogato prætextu quoq; Regalia abſolute exercendi, illis Beneficia publica, nimirum: ambobus prioribus capitaneatum actoris, imo, quod magis, ultimo ipſum cancellariatum, ut ad partes ipſorum (conſiliariorum) in- ac ſeducti fierent, putative etiam conferre attentarunt, ſtatim *nullitatem* exinde putativæ male compilatæ collationis *una cum reali gravitate talis ſuo tempore & loco per ferulam Juſtitiæ maxime puniendi attentati publici: de nempe inaudito abuſu nominis Principis contra ipſum Principem, imo contra ſuprema jura & Regalia Maj. ac Reipublicæ* ſat manifeſta patrioticè animadvertendo, hæc ipſa temere ac indebite ſibi â factis conſiliariis oblata beneficia acceptare juſtè recuſarunt, itaq; ipſô factô conſiliariorum inauditam arrogantiam beneficia conferendi, aperte & legaliter repudiarunt; qvorum ultimus autem ab ipſo Duce Ferdinando obtentum legitimum Privilegium tantum ſuper quendam capitaneatum, cum omni debita, qva par eſt, gratitudine accepit.

*Probatio ex primævis juribus fundamental. ſtatus Curl. qvæ invertere hucusq; ulla commiſſ. æqve minus voluit ac potuit.*

XIV mo. Probatur ex ipſiſſimis pactis primævæ ſubjectionis Art. 8 vo, ac ex ſubjectione ab univerſa Livonia facta Clauſl. 5 to, nec non ex ipſiſſima ſpeciali ſubſecuta incorporatione Ducatuum Curlandiæ & Semigalliæ, *quorum* omnium prælibatorum documentorum *autoritas,* qua primaeva lex fundamentalis totius hujus Status Reipublicae infeudati, *ſempiterna* & nunquam invertenda ſive mutanda *eſſe debet,* quod regalia NB. *immediate ac debite ſoli Perſonæ Principis reſervata atq; conceſſa.*

*Probatio contra ſimilia attentata & præjudicata publ. per ipſa diffugia ac devias perduelles partis adverſæ in alias juridice procedenda hacce cauſa.*

XV mo. Probant & ipſi citati, quod commiſſorialis deciſio de A. 1717 æq; ac aliae eorum *nunc demum fictæ objectiones* eos neutiquam legitimare poſſint, ex eo, quod ipſimet circa haec attentata publica malis ſuis cauſis plane diffidendo, hactenus intra 14 annos non auſi ſunt, *in via Juris* coram Throno Maj: contra actorem ſe juridice defendere, nec priusquam nunc primum poſt jam 2 dum Decretum Regium quaſi nolenter volenter in termino finali quicquam ad reponendum tentare, potius loco hujus puras devias perduelles, & diffugia illicitiſſima continuo alias ſibi eligere attentarunt; prout quoq; ad praeſens: dum, vel *quia Privilegium ducale* actori datum in tam adeo manifeſtis perſonalibus juribus praerogativis, ſeu mere Regalibus ac ſupremis non ſolum Domus Ducalis Curlandiae, ſed etiam Sac: Reg: Maj: & T: S: Reipubl. manifeſte *Fundamentum, imo non obſtante, quod & pie defunctus Dux, et ipſe divæ memoriæ Ser: Rex AUGUSTUS II. pariter ac modernus Ser: Rex noſter AUGUSTUS III.* ſupra conſervandam inviolabilitatem jurium & legum Regni ac Patriæ in genere & in ſpecie juraverant, attamen contra hocce Privilegium, aut ſic potius NB. directe contra omnia idipſum munientia jura ſuprema: acſi eadem contra jura et leges Patriæ eſſent &cæt. nimis temere diſputantes, & *tali modô etiam nunc id attentantes,* de quo ſummi debitiq; reſpectus gratia erga manifeſta Sacra Juramenta Maj: atq; Ducis, praecipue in ſepulcris eorum minime confundendorum, ab actore nec concluſio diſtincte formari poteſt, plus crimina ſua adhuc augmentare, quam ſe juridice ſeu legaliter defendere videntur.

*Attentata hæc actu adhuc in grandeſcunt, cum ex objection. adverſarior. patet, ac ſi non ſolum Dux, ſed etiam Maj. & tota Reſpubl. directe ſacra juramenta ſua ac ſanctiones ſu-*

Probata itaq; ſpecie juris, aut potius deductis ac probatis omnibus juribus ſupremis, fundamentalibus, & Regalibus Majeſtatis Reipubl. ac Domus Ducalis, & ſic totius regni & patriæ una cum exinde formandis, iisq; annexis argumentis ponderoſiſſimis propterea antecedenter majori jam ex parte, qvia adverſarii hæc ipſa fundamenta cauſarum Actoris (prout infra plus patebit) nunc qvoq; infringere non erubeſcunt, Actorem de cætero ſpeciem facti una cum ſeqventi ſpecie juris, huic ex oppoſito probanda, additaq; diſtincte continuando, inferre oportet, qvod Gnrſi citati tam in abſolutum contrarium horum omnium præmiſſorum jurium ſupremorum eorundemq; praxeos continuæ

nuæ non minus ad hæc deductæ, probatæ, ac argumentorum etiam ipſa natura Juſtitiæ & æqvitatis per ſe ſat manifeſtorum ac evidentium, qvam in apertiſſimam injuriam, atq; in magna damna Gnrsi Actoris imo contra proprium ſuum ſupra productum Reſultatum de Tantum modice expectando, conſeqventer *contra Jus in Theſi* legitimum NB. rebus ſic ſtantibus ab ipſismet debite jam recognitum Capitaneum, modernum actorem qvaſi degradare, via facti tentaverint, ejusq; Capitaneatum (*ſibimet Perſonalia jura Prærogativa ſeu Regalia non ſolum Domus Ducalis, ſed etiam ipſiſſima Sac.* Reg. *Maj.* beneficia ac dignitates publicas conferendi, *inaudito arrogando*, eaq; ſimiliter uſurpando) poſt ſolenniſſime vigore conſtitutionis de A. 1726 declaratam diſpenſationem a Perſonalitate, ſive legalitatem abſentiæ Ducis, imo poſt ipſam ſubſecutam Inveſtituram a Duce acceptam, cuidam Gnrso Heyckingk putative conferre, & ſic eum ad acceptandam *ſaltem* propter intereſſe *ad interim* (nempe donec turbidum tempus ab ipſismet fomentatum, qvoniam in turbido bene piscandum, continuari poſſet) hance ab ipſis eidem circa Capitaneatum actoris oblatam putativam Inveſtituram nimis temere ac indebite ſeducere, taliq; pari modo acſi legaliter inſtallare plane deſpotice attentaverint.

*per inviolabilitatem Jurium & Legum præſtita, ſpecialiter ac præcipue in Puncto qvæſtionis Regalium ex propoſito nullatenus ſervaſſent. Attentata etiam contra Jus in Theſi, ab ipſis adverſariis primo debite & legaliter recognita, poſtea vero rejecta.*

Idem Generoſus Heuckingk ipſemet apertiſſimam illegalitatem hujusmodi putativæ inſtallationis ſui in Capitaneatum Actoris de tandem verenda ferula Iuſtitiæ recognoſcendo, in finem ab Ipſo Duce legitime ac legaliter obtinendi hujus Capitaneatus, gratiæ Ducis ſe inſtantiſſime commendavit, aſt Dux ipſum propterea ibidem nec conſervare voluit, nec potuit, qvia jam actori inſuper Privilegium antea dederat, qvod tanto minus poſtea revocare poterat, qvanto magis jam pro tunc qva Perſonaliter *Inveſtibus Dux ſupra inviolabilitatem jurium & legum Patriæ ipſemet juvaverat, conſeqventer nil in contrarium eorundem ex propoſito ſine perjurio committendo, agere volebat*: utiq; tenore horum nemo in dignitate publica voluntate Principis antea conſtitutus, poſtea ſine gravi & juſta legitimaq; cauſa ac prævia cognitione formali removendus.

XVI. Vide in Formula Regiminis Curlandia § VI. qvod dignitarii NB. *qvos Princeps conſtitutos voluerit*, non niſi ex gravi & Juſta legitimaq; cauſa ac prævia cognitione formali amovendi.

Recuſavit itaq; Dux ipſius Heuckingk inſtantiales è contrario hujus factas;

XVII. Vide Repulſam Ducis inſuper datam, qvod nimirum: nemo alius qvam Gnrs. Klopmann (ad præſens Actor) circa hunc Capitaneatum Candavienſem jam inveſtitus Capitaneus *in virtute non violandorum Regalium Domus Ducalis ac Jurium Cardinal. Patriæ* conſervari poſſet, in actis ratione hujus Capitaneatus ſub Num. 2do.

Hoc qvoq; non obſtante Conſiliarii Capitaneatum Actoris detinuerunt, & e contrario in eodem Gnrsum Heuckingk *vi ac poteſtate manu tenu-*

*tenuerunt*, qvamvis etiam Actor contra formaliter et ſolenniſſime proteſtatus erat;

XVIII. Vide ibidem in Actis ſub Num. 3tio Proteſtationem ac Jutis Reſervationem ab Actore Anno 1731 legaliter factam, nimirum: de manu tenenda dignitate & Jure ſuo coram Thron. Maj. contra vim & potentiam in detentione hujus Capitaneatus ſui ſibi illatam, & eo ipſo contra inſuper â Regentia Commiſſa attentata publica, in ſpecie, qvatenus hæc ipſa in cauſat hacRegali Actori ſpecialiter inſuper intereſſanti é diametro præjudicioſa atq; damnoſa.

Ad hæc proprer hancce Proteſtationem ac Juris-Reſervationem juxta §phum 30mum formulæ Regiminis Curlandiæ cuivis, imprimis directe intereſſanti licitam, & qvidem rebus ſic ſtantibus, maximis Juribus munitam, adverſarii apud ſtatus Curlandiæ *Turbas ſeditioſas publice contra excitare, ſtatusq; ad ſua attentata Publica contra Jura Maj. Reipubl. & Domus Ducalis ſeducere, factioſiſſime, aſt fruſtra moliminati ſunt*;

*Factio editioſa â Regentia contra Regalia ac jura ſuprema Majeſt. Reipubl. & Domus Ducal. attentata.*

XIX. Vide Deliberatoriorum ſuorum pro conventu Publico A. 1731. §phum in Actis Ratione Capitaneatus contra ſuprema Jura ac Prærogativa Maj. Reipubl. & Domus Ducalis factioſiſſimum ſub Num. 4to; *Propter qvas autem factiones Gurs.* Ordo Eqveſter tum temporis nec convenit, multo minus Deputatos ad talem Conventum *Mitaviam* miſit, & qvanqvam *bis* convocatus fuit, *tamen Pluralitas* ſe nec minime ingeſſit.

Producant Adverſarii, ſi habent qvicqvam in contrarium hujus; Aſt revideantur ſubſcriptiones, qvæ ab XI tantum Deputatis, & ſic ſub vitio nullitatis a votis minoribus NB. nec dimidiam partem cæterorum Declinantium Diſtrictuum efficientibus, contra Pluralitatem, qvæ nec terminum hujusmodi conventus attendere voluit, multo minus attendit, qvaſi legaliter factæ ſunt.

*In hisce propriis ſuis attentatis publicis adverſarii ipſimet criminaliter ac inaudite judicarunt, hanc cauſam merè Regal. non niſi cor. Throno poſito etiam caſu litis contra attentatæ decidendam.*

Attamen ex ſubſecuto mandato adverſariorum Actor pro ſe intimidando, & peſſundanda hac cauſa mere Regali, ad Judicium coram ipſismet adverſariis per nobilem Fiſcalem *Gærcke* criminaliter citatus eſt; qvo contra Actor hos ipſos adverſarios ſuos ad reſtituendum, & manutenendum jus ſuum, *in hac cauſa Regali non niſi coram* Throno *decidenda*, ad Thronum Maj. citavit: qvod tanto magis juſtiſſime fieri oportuerat, qvanto ipſi & Adverſarii & Judices Actoris inſimul nullo poterant eſſe Jure.

*Fiſcalis qvamvis multo minoris ſtatus et conditionis, tamen magnus hic complex ac ſic ſe.*

Sed nihilominus Adverſari *per ſe & coram ſemetipſis* inaudito proceſſerunt, itaq; actorem, dum eum intereà tam in Negotio ſuo contra illos juridice inſtituto, *qvam in negotiis celſiſſimi Ducis* (prout tota Correſpondentia Ducis cum Actore habita ultra notor. id ſatis probat.) interdum Gedani, interdum Varſaviæ ſeu hic & illic eſſe oportuerat, acſi in contumaciam puniendum eſſe decreverunt, ideoq; Fiſcalis Görcke NB. *in hac cauſa mere Regali neutiqvam*, uti in aliis, *tanqvam impunis Perſona* muta, connivendus, minus ſic conſiderandus, *qvia qvoq; e diametro contra manifeſtiſſima Jura Maj. Reipubl. ac Domus Ducalis cum dictis conſiliariis colludendo, hancce inauditam actionem ſuſcipere, conſeqventer parimodo apertiſſima crimina Læſæ Maj. & Publica coattentare* nimis frivole auſus eſt;

XX. *Vide inſuper pro ſuperfluo inter Originalia Speciale Documentum de Coattentatis ac Colluſionibus Fiſcalis* hoc in paſſu factis ſub Lit. D.

*or ſive et arbitrarie quoq; puniendus.*

Cum tamen illi nempe Fiſcali ſaltem ex Jure Superioritatis vigore expreſſe poſitæ Prælationis in juramento ſuo, circa proprium ſuum officium NB. a Principe acceptum, præſtito, cum ſubditiſſima obſervantia conſiderandum fuiſſet, multum plus fidelitatis ac obedientiæ præſtandum eſſe, ſupremo directoq; Domino Sac. Reg. Maj. & Reipubl. nec non in fundamento horum omnium manifeſtorum Jurium Regni & Patriæ eorumq; ſupra deducta praxeos notoriæ, Perſonalibus prærogativis ſeu mere Regalibus Domus Ducalis, *qvam mandato* hisce omnibus ſumme momenti præmiſſis e diametro refractario ab Inferioribus, id eſt: a Conſiliariis Regentibus ſeu a Miniſtris Ducalibus (*uti ſe tales eſſe ipſimet prætendunt*) non ſolum ſupra & contra Domum Ducalem, ſed etiam *contra ipſam Maj. ac Totam Rempublicam plane inaudito attentato*; Reſpondeat tantum ad hunc locum directe Fiſcalis, qvatenus qvoq; hic complex, pro ſua parte de juſtificandis talibus colluſionibus & coattentatis ſuis peſſimus.

*Reſpondendum hic autem â vel pro parte Fiſcalis complicis*

Actor clypeo tot tantorumq; Jurium ac ipſiſſimæ Juſtitiæ munitus, hisce omnibus attentatis adverſariorum ſuorum minime intimidatus, continuavit contra illos proceſſum cor. Thr. Maj. legaliter inſtitutum.

Gnrs. Finck, quamvis tunc nec dum in Collegio Regentiæ viſus, NB. ad præſens vero, quoad attentata publica) quorum experimentum hucusq; ad terminum peremptorium dilatum) complex, factus erat Plenipotentiarius citatorum; aſt intercepto & abducto eo e Mitavia acſi Siberiam in illo tempore floreſcentiæ Bironnianæ per cointelligentias, imo machinationes peſſimas, tentaverunt citati ſub Prætextu hujus acſi abducti ſui Plenipotentiarii Sereniſſimum Regem AUGUSTUM II. a Judiciis propriis regiis tum temporis inſtantaneis declinare. Sed ſapientia Ejusdem inſuper intelligenda intellexit, judicia celebravit, & ſic Actor Imum Decret: Regium Varſaviæ a: 1731 in contumaciam jure obtinuit, in quo actor circa capitaneatum ſuum debite conſervatus, experimentum autem ratione attentatorum ex clementia Maj: dilatum erat.

*Factio Diſſimulata cum Exteris gnrſ.* Finck *circa attentata publica ad præſens complex maximus.*

Jd ipſum decretum vero ideo produci neqvit, quia ipſi Actori deeſt, utiq; quoq; per colluſiones adverſariorum nomine exteræ Potentiæ, nempe tunc temporis Regnantis Auguſtiſſimæ Imperatricis Ruſſiæ JOHANNAE IWANNOWNAE idem Decretum Generoſo a Reck tanquam Commiſſario ad publicandum exhibitum, oppreſſum factum, ita, ut nec copia illius vidimata extraderetur, nec habita jam ab Actore

*Ao. 1731. jam Imum Decretum Regium de non violandis Regalibus, ab Actore obtentum aſt*

copia *ſub nomine*

*extera potentia â citatis ſeu Regentia Curl. oppreſſum cauſatum.*

copia iſtius Decreti vidimata, nimirum: anticipative præcautione actoris ſibi jam curata, ad Acta Cancellariæ Ducalis ſuſcipi dignaretur;

XXI. Vide Documenta hocce ultra Notorium Probantia in Actis ſub Numeris 5. 6. 7. & inter originalia ſub Lit. E. *quod id ipſum Decretum Sac. Reg. Maj. in illo tempore BIRONnianæ floreſcentiæ ſub nomine exteræ Potentiæ, glorioſæ memoriæ Imperatricis Ruſſiæ oppreſſum,* imo nec Copiam ejus Vidimatam ad acta Cancellariæ Ducalis ſuſcipi permiſſum, & qvod res ſic, prout Actor exponit, tunc facta ſit.

*Reſpondeat hic idem gnrs. Herrmann. Erneſt. Finck de juſtificandis ſuis attentatis publicis, qvorum experimentum nunc tandem peremptorie faciendum.*

*Qvomodo & qvare autem Generoſus Finck*(ut ſupra propter connexitatem cauſæ deferri oportuit) in illo tempore floreſcentiæ *poſtea facti* Ducis Erneſti Johannis a Biron, de intimidandis Patriotis, *acſi quoq; interceptus*, & uti Generoſus Fock, atq; alii, acſi captivatus in Exilium Syberiam abductus, *Petropolis vero muneribus ac donis bene receptus, tractatus, itaq; poſt finitam cadentiam prælibatorum Judiciorum Regiorum ex illic mox Domum redierit, deniq; ad Cancellariatum pervenerit*, Fock autem & alii abducti in captivitate Moſcowiæ retenti remanſerint, *ipſummet* Herrmannum Chriſtianum Finck *oportet melius ſcire, & inſuper* nunc reſpondere, *& ſe debite legitimare, ſi nimirum NB. qvoad attentata Publica contra cauſas Generoſi Actoris directe pugnatia, & qvorum experimentum hucusq; dilatum*, quoq; jam tum temporis *notam Intricationibus* Rempublicam *ac Vicinas Potentias* (NB. de tantum piſcando in turbido) *invicem confundentibus, repleti, vel ad præſens in termino peremptorio inſuper confeſſi ac convicti complicis adverſariorum Actoris non incurriſſe, nec tacite incurrere cupit*, ſed potius *ſe tanta convictione per evidentiam facti maculatum*, purgare poteſt;

Reſpondeat ergo hic pro ſua parte Generoſus Finck ex poſt facto clarius complex factus, quæ inſuper quoq; ad præſens de jure debet.

*Plura Mandata de non violandis Regalibus acceſſerunt.*

Acceſſerunt iterum & quidem plura Mandata, Reſcriptaq; ad Status Curlandiæ tam ex Deliberatione totius Senatus, prout in materia Status convenit, quam autoritate totius Reipubl. data de obtemperando Duci ob Legalia abſenti, tanqvam præſenti, in finibus Regni tamen manenti, imo a perſonalitate ſolenniſſime ac formaliter diſpenſato, & inveſtito, præcipue ac ſpecialiter de acceptandis & conſervandis ejus dignitariis circa officia a Duce Virtute Regalium conſtitutis;

XXII. *Vide eadem reiterata Mandata & Ordinationes Sac. Reg. Maj. Totiusq; Reipubl. & Ducis* actualiter ivenſtiti, *de imprimis non violandis Regalibus*, inter Originalia in forma probante ſub Lit. F. G. H. I. K.

Hæc ipſa omnia interdicta publica quamvis horum Dux NB. quoad tantum Liberum exercitium Perſonalium Jurium Prærogativorum ſeu Regalium ſuorum jam a ſemper Jure tam ſimultaneæ, quam tunc jam Perſonalis inveſtituræ ſoli perſonæ Principis competentium, & ſic per ſe a quondam ut ſupra probatum) indiſputabilium, non indigebat, tamen quaſi pro ſuperfluo ad iñuendam tandem inter cætera, tum Jure publico ſancita, quoq; in hac materia Status mere Regali, præſtandam Domui

mui Ducali obſervantiam debitam, emanata, a citatis vero uti conſiliariis etiam pro nihilis habita & repudiata, ad hæc interea peſſimis ſuis inſuper attentatis nec ex minimo ſpecimine Juris confidendo, conſequenter nec quicquam intra tot totq; años contra juridice ad reponendum tentando, *aperto Crimine Perduellionis ad publicationem debitam non admiſſa, ſed oppreſſa ſunt, imo ut ſimilia non publicarentur, directe contra mandatum & publicatum eſt;*

*Hæc omnia mandata ab ipſa Regentia opreſſa ſunt, imo directe illis ab hac contramandatum eſt.*

XXIII. Vide inauditum contra mandatum Regentiæ Curlandiæ de non publicandis Reſcriptis ac interdictis Publicis Sac. Reg. Maj. Reipubl. & Domus; Ducalis, inter Originalia ſub Lit. L.

*Actor interim hiſce omnibus* Juribus ſupremis, Maj: Reipubl: ac Prærogativis Domus Ducalis tam pro tunc Ducis exiſtentis, quam futuri ſucceſſoris Ducalis, *itaq; Cardinalibus Regni & Patriæ eximio zelo Patriotico atq; immobili fidelitate & obſervantia firmiter inſiſtendo,* tanto augmentato odio ac perſecutione a Regentia, ſeu citatis oppreſſus, ut hi illi propterea & inſidias Vitæ ac Famæ ita poſuerint, ut Actorem extra Patriam *in præterito turbido Belli* Vitam Fuga tantum ſalvare oportuerit;

*Actor Tantis Juribus Supremis patriotice inſiſtens ita oppreſſus ac perſecutus eſt, ut vitam fuga ſalvare ipſum oportuerit.*

XXIV. Vide Rationem ſalvandi tantum Perſonam, vel Vitam Actoris Fuga ab ipſo peracta, in Actis Ratione ſpolii é bonis dictis *Neuhoff*, & ab Actore jure pignoris ac Hypotecæ poſſeſſis, ſub Num. 18vo.

Prout de hocce Notorio magis clarius probando inter alia etiam hic juxta ordinem infra poſitæ duæ cauſæ, aſt tum temporis interceſſæ, plus documentabuntur. Tandem *Pacato tempore Belli* Actor Patriam rediit, ut ſeniculos Parentes ſuos ſaltem ante obitum ſalutaret, ex quibus jam Patrem in tali miſeria Perſecutionis mortuum, Matrem tantum aliena cura derelictam victitantem, ac animo & corpore debilitatam invenit; ſed continuata ſtatim perſecutione conſiliariorum, & ſubſecuto pro tunc novo Regimine Ducali Bironniano hi ipſi Actorem iterum coram ſemetipſis criminaliter citarunt, et non obſtante, quod actor in Honorem Judicii comparuit, aſt de cætero decreto Regio de A. 1732. tot tantisq; aliis Juribus ſupremis Maj: & Reipubl. &c. abunde munitus Caſſationem omnium ſimilium Vexationum, & Vires ſic generaliter ac ſpecialiter cor. Thr. Maj: & Facie Reipubl: Rei judicatæ, ſat ſatis probavit, quoniam inter tot totq; Annos nil ad reponendum juridice ab Adverſariis actum, multo minus obtentum erat; attamen Adverſarii Poenis Criminalibus Actorem acſi: in contumaciam ſubeundum eſſe, ſecundario decreverunt; ideo ab hoc abſurdiſſimo attentatu continuo, *a qvo ſaltem in Honorem Maj: abſtinendum fuerat,* non admiſſa appellatione ordinaria, Actorem extraordinarie appellare, illosq; attentatores publicos, adverſarios ſuos (inter qvos NB. abhinc incluſive generoſus Finck, qva complex circa Crimina publica, ſemper reputandus) ſubſequenter iterum ad Thr: Majeſt: citare oportuit. Reſpondeant

*Abſurdiſſima attentatorum continuatio. â prætenſa Regentia ſeu citatis uti Conſiliariis ſupra Maj. Rempubl. & Domum Ducalem criminaliter judicari, dum nimirum:* propter horum Jura ſuprema et Regalia *Actor reiteratis vicibus coram ipſis adverſariis ſuis citatus, & non obſtante deducta cauſa Regali jam cor. Thr. Maj. & Facie Reipubl. vires*

*Rei judicatae habente ad pœnas criminales ab ipſis adverſariis ſuis inaudito condemnatus eſt, â qvo ſaltem in honor. Maj. abſtinendum fuerat.*

*Reſpondeaut hic iterum directe.*

*Factio ſeditioſa adhuc continuata acceſſo complice talis Regentiæ continuo, Generoſo Iohan. Chriſt. Sacken.*

ant hic iterum Generoſus Finck, & Nobil: Fiſal: de publicis attentatis & coattentatis ſuis.

*Stante & non juridice ſublato autem hocce ab Actore obtento* 1 *mo Decreto Regio de A* 1732. *Intereaipſemet tunc Dux Biron e Petropoli Regens in Protectionem illorum motus*, & ad illorum Partes Partium excitatus, *generoſo Johanni Chriſtiano Sacken*(NB qva tam a ſemper, qvam ad Præſens citatorum qvoq; maximò complici, *imo qvi & propter Electionem Mauritianam, & Ipſam Bironnianam, qva Marſchalcus utriusq; talis Electionis* nec in Polonia ignota poteſt eſſe Perſona; *Sicut & nunc totum Ordinem eqveſtrem contra Decreta & Jura Suprema ac Regalia* Maj: Reipubl: *& Domus Ducalis factioſiſſime excitare, in penultimo Conventu publico Curlandiæ ad perturbandum ſtatum*, & ad piſcandum plus ultra in turbido, *nimis ſirivole coattentavit*; Videatur inſuper in Laudo publico de A. præſ: 1746. Menſe Febr. peracto, clauſula Ipſum Sacken concernens *una cum Scripto ejus factioſiſſimo* atq; in Inſtructione generoſi Legati Curl: *& qvidem nunc demum intra* 15 *Annos* 1 *ma Vice imo* § *vo* 9 *no de Eccleſiis Catholicis ſtricte NB. conjunctim ſubpoſitum* § *vum* 10 *mum acſi contra Actorem,* in Cauſis vero ſuis *non niſi Regalia ac Jura ſuprema Maj*: Reipubl: *& Domus Ducal*: juridicè ac patriotice, & ſic implicite ac explicite una cum intereſſe ſuo privato legaliter *manutenentem*; utiq; in toto idem generoſus Actor *nec unqvam ſaltem aliqvid* in Favorem Religionis *multo minus propter hanc ipſam* in Favorem ſuimet ipſius, *ſed potius tantum Finem gravaminum ac Litis* tam adeo pretioſæ, & tot tantisq; Sumptibus propriis hucusq; continuatæ vel pro vel contra *NB. pro Jure ac Juſtitia, itaq; id ſemper petiir, & eheu*! adhuc *petere* ipſummet *Actorem oportet*, qvod in Caſum exigentiæ nec Pagano, nec Judæo ſive directe, ſive indirecte impediendum, ſeu declinandum; prout etiam de cætero juxta notorias Leges fundamentales Patriæ, eorumq; Praxin continuam ac non minus notoriam Catholicis Idoneis aditus ad Dignitates publicas nunquam præcluſa fuit. Unde ergo hincinde Ratio ſemina factionum & diſcordantiarum inter Cives Status contra ſerendi, imo ea ad hæc cum Puncto, ratione Eccleſiarum Catholicar: ſtricte connectendi diſtincte, *pro vel reprobari rogatur.* NB. NAM IN DELIBERATORIIS NULLA MENTIO HUJUS MATERIÆ FACTA, *& ſic hæc Intricatio a* Tergo *Actoris inſuper Interreſſantis*, qvoq; ſub Vitio Nullitatis apertæ, qvoad nimirum privatum Intereſſe Actoris concernit, *indebite fomentata*; *qvod vero Jura Maj.* Reipubl. *& Domus Duc*: *infringit, denuo in manifeſtiſſima Crimina Status abit*; Reſpondeat hic ergo inſuper ſpecialiter qvoq; ad præſens Autor nimirum: Idem I: C: Sacken:) Capitaneatum Actoris dederat. *Qva propter ſimulatâ renunciatione tunc Metus Cauſa extorta*, Actorem de Jure ſuo ſuper Capitaneatum ſuum deſiſtere *oportuit, ne nempe: contra expreſſam Mentem* TAM ADEO TUM TEMPORIS POTENTIS AC METUENDI DUCIS *Jus ſuum continuando*, PALUBBIS SIBERIAM

NB. Notandus hoc loco ſpecialiter Nexus materiæ *una cum trutinanda ratione factionis, de qva* qvia hæc ipſa factio iterum præcipue publicum lædit.

*Idem complex I.C. Sacken ad hunc locum reſpondeat.*

BERTAM ABDUCERETUR, uti aliis innocentibus ad Siniſtras inſinuationes factum.

Ad hanc *ergo pro* Ratione Status ſimulatam Renunciationem Metus cauſa extortam ſtante hoc metu Actorem nolenter volenter acqvieſcere oportuit, donec A. 1744 Grodnæ (ceſſato hocce Metu, qvoniam adverſarii pro curando reditu ejusdem metuendi non ſolum anteriorem ſciſſionem a Corpore Statns Curlandiæ fecerant, ſed etiam apud Sac: Reg: Maj: omnem voluerant adhibere molem, aſt tamen nec in Tentato, multo minus in Effectu qvicqvam inſuper efficere potuerant) coram Thr: Maj: Capitaneatum ſuum iterum Jure vindicare potuit, *ac ſic ſtatim 2 do Decreto* Regio *actualiter vindicavit.*

*Anno 1744. Grodnæ ſecund. Decret. Regium ab Actore ante omnia de manutenendis Regalibus, deniqve etiam propter legale interreſſe ſuum privatum obtentum aſt a Regentia qvoq; nec ad execution. nec ſaltem ad Publication. admiſſum.*

XXV. Vide ultra notorium ac evidentiam facti de hocce fuſius, & pro ſuperfluo ſecundam formalem Proteſtationem interpoſitam, inter Originalia ſub Lit. *M.*

Cum vero & 2 *dum* Decretum Re*gium* in Faciem tum ibidem præſentis complicis Collegæ originaliter citatorum, nimirum: Generoſus Finck, itaq; ex condicto Computamine & citatorum & complicium generaliter omnium iterum contumaciam, tandem debite obtentum, qvamvis in eodem qvoad Attentata publica *iterum*, & ſic ſecundario e Longanimitate Maj: Dilatio adverſariis data erat, nihilominus; per illorum continua Attentata ac Intricationes nec ad Execntionem, nec ſaltem ad Publicationem admiſſum; Actorem propterea illos pro Confirmatione Decretor: Regior: & Disjudicatione qvoq; Ratione Attentatorum hucusq; ſemper dilatorum, definitiva, *itaq; armata manu tandem decernenda Executione 3 tio* peremptorie & criminaliter ad Thr: citare oportuit;

XXVI. Vide ſecundum Decret. Reg. & Peremptoriæ ac Criminalis hujus citationis pro Termino tertio ſeu definitivo, Relationem inter Originalia ſub Lit. N. & O.

*3tia ſeu pertemptoria citat criminalis.*

De cætero, qvoad a citatis *ultra ſupra abunde refutatas Objectiones publicas nunc demum qvoq; contra Perſonam Actoris fictas* objectiones privatas

Primo. Acſii Non-poſſeſſionatus;
Secundo. Acſi ab Actore ſpontaneo factæ Renunciationis;
Tertio. Acſi Præſcriptionis, ſi ſupra fata Renunciatio etiam metus Cauſa facta eſſet, &c.

*Qvamvis hæ Objectiones per ſe æqve abſurdiſſimæ patent*, ac Adverſariorum ibidem *in hiſce ſuis apertiſſimis propriis Criminibus* tot tantisq; Attentatis publicis, adverſus omnem ſanam Rationem nihilominus contra Actorem pro Juribus ac Regalibus Maj: Reipublicæ & Domus Ducalis ſat|patriotice ac ſpecialiter pugnantem, *addita: & Domui Ducali Juris*-R*eſervatio* vide ſub Lit: O atq; eo ipſo ineptiſſime tentata ſublatibulans imaginatio acſi Actor *in hoc Proceſſu directe & tantum contra ipſos*, aliqvid qvoq; contra Regalia Domus Ducalis tentaret; Qvamvis (*dicitur: hæc omnia ipſa meridiana Luce clarius abſurdiſſima patent*, attamen haſce Objectiones hic qvoq; ſpecialiter refutare cupit Actor:

Imam

*Refutatio adhæc objectionum privat.* nunc demum *contra Perſonam Actoris ſed male excogitarum.*

Imam Objectionem Privatam concernens Refutatio ergo talis: per ipſam evidentiam facti, ac ultra 15 Annos hucusq; continuati hujus Proceſſus, ſatis conſtat, qvot & qvantas hinc inde paratas Pecunias tantum ſumptuum & expenſarum Gnrs. Actor impenderit; Utiq; ſine jactitatione dicendo: *Actor plus ad hunc proceſſum impendit, qvam Gnrs. Finck ad præſens Uti-Cancellarius (excepta per fas & nefas* in turbido temporum *ſibi acqviſita fortuna*) Patrimonii,ſeu *propriæ nimirum fortunæ unqvam habuit.*

*De cætero* innata modeſtia Gnrs Actoris hic *acſi tacite præter eundo, qvod ipſi adverſarii* haud pridem in Curlandia eidem *actori jam duodecim millia Imperialium tantum damnor. & expenſarum, è* qvibus certe Poſſeſſionatus deduci poſſet, per mediationem qvamvis ex obliqvo tentatam, *obtulerint, ut* per Complanationem *hæc momentoſæ cauſæ juridicæ ſopirentur.*

Ad hæc maximè abſonum eſt, & injurioſum videtur Actori, *qvi etiam Ratione ſpolii & expulſionis ex bonis immobilibus*, dictis *Neuhoff*, ab ipſis citatis attentatæ, *hucusq; Actionem Juridicam* contra ipſos *continuavit, ac ſpolium in continenti cor. Thr. Maj. probabit, imo NB. jam diu probaſſet, ſi per varias variasq; intricationes Cauſæ Actoris non Eheu! nimis prolongatæ eſſent,* hoc omni non obſtante, *non Poſſeſſionatum Nunc Demum* in fine finali Proceſſus *imputare velle, cum tamen NB. citati ipſimet Actorem pro* poſſeſſionato, imo! *bene-poſſeſſionato* debite acceptarunt & *agnoverunt.* Vide ultra Notorium ad ſpecialiter refutandam hancce privatam objectionem a citatis nunc demum fictam inter originalia Document. ſub Lit. B & C. atq; § Deliberatoriorum ſuorum ad conventum Publ. de Anno 1731. qvamvis contra Jura Maj. Reipubl. & Dom. Ducalis factioſiſſimum, in Actis ſub Numero 4to.

*Poſſeſſionatus ſi per ſpolia tolli poteſt, etiam* Brabender *qvondam in Curl. reſidens* Miniſter *Pruſſiæ a Regentia impoſſeſſionatus, imo & Pauper factus, cum tamen* ſi juſtitiam impetrare valeret, *inter divites Patriæ reputandus foret.*

*Si vero Poſſeſſionatus Notorius, & qvidem antea ab ipſa parte adverſa debite recognitus,* poſtea ab eadem *per Expulſionis crimina tolli poteſt, etiam Gnrs. in Curlandia qvondam Miniſter Reſidens Pruſſiæ BRABENDER, qvi alias* ſemper tam a Proceribus ſuis, qvam Conſortis ſuæ *inter Ditiſſimos Incolas Patriæ reputandus,* nunc non ſolum Non Poſſeſſionatus, ſed & Pauper habendus, qvoniam qvoq; a Regentia Curlandiæ ſpoliatus, licet ultra 100000 *fl.* Alb. juſte prætendenda habet, ſic autem *omnibus nervis agendi privatus,* MODO NON, NISI JUSTITIAM! JUSTITIAM CLAMAT.

IIdam Objectionem acſi non metus Cauſâ factæ Renuntiationis refutans replicatio talis: *Probent Adverſarii,* ſi poſſunt *animum Actoris,* qvod non Metus Cauſa iſta Renunciato ſimulata ſit, *qvo contra Actor,* ſi Notorium Principis tam adeo *tum temporis* metuendi non ſufficit, qvovis alio modo Juridico, ac ab arbitrio ſupremi Judicii Maj. dependente, *ſat reprobare paratus, qvod non, niſi metus Cauſa illa Renunciatio tunc pro Ratione ſtatus ſimulata & facta.*

IIItiam Objectionem acſi Præſcriptionis Fatalium alias in ea Renunciatione admiſſibilis Juris remediendi, concernens Refutatio talis: ineptiſſime qvoq; hæc objecta Præſcriptio hoc in Caſu Metus Cauſa extorto, ex nullo juris capite hic Locum invenire poteſt: etenim Adverſarii nec minimo Specimine Credulitatis probare poſſunt, qvod non obſtante Metu attamen Præſcriptio etiam currat *contra expreſſum Juris Brocordicon: non valenti agere, non currit Præſcriptio*; et propter durantem metum Actorem agere non potuiſſe, ex Notorio eo magis qvoq; patet qvo (ut ſupra jam deductum) adverſarii adhuc Grodnæ A. 1744. apud Sac. Reg. Maj. pro curando reditu ejusdem metuendi qvondam Ducis BIRONis (qvamvis inſuper prævialiter facta ſciſſione ſua a Corpore Status Curlandiæ) omnem adhibuerint molem.

Aſt non admiſſo inſuper tentato, multo minus Effectu, & metus Actoris ceſſavit, & actor ſtatim cum pleno Jure agere potuit, ac Jus ſuum continuavit, prout tum etiam in continenti & actualiter Il Juris ſui in ſaltem aliqvam Præſcriptionem cadere, nec qvicqvam omiſit.

*Regentia qvidem actorem ad reponendum citaverat*

Qvoniam ergo rebus ſic Stantibus adverſarii haſce Tres ineptas ſuas *nunc demum contra qvoq; Perſonam Actoris* excogitatas, ſeu fictas objectiones privatas una cum ineptiſſime addita Juris Reſervatione ſua, nimirum,

rum: qvod circa hanc Cauſam Actoris in merè Regalibus ac Supremis Prærogativis Juribus Maj:, Reipubl: & Domus Ducalis. itaq; ſat manifeſte in ipſiſſimis Juribus Cardinalibus Regni & Patriæ fundatam, *imo ſic qvoq; pro Juſtiſſimo ac Legitimo Intereſſe proximo futuri Succeſſoris Ducalis in Connexitate indiſſolubili patriotice pugnantem*, attamen acſi: Jus Salvum Domui Ducali contra reſervandum eſſe jactitarunt eo ipſo autem non niſi tot propria ſua Crimina Status inſuper commiſſa per talia nimis incongrue mixta compoſita ſibimet ipſis invicem contradictoria, confundenter occultare fruſtra tentaverunt, ad præſens coram dilucidantiſſimo Supremo Judicio Maj: *æq; minus, ac alias ſuas Temerarias publicas objectiones* legitimare poſſunt, ideo etiam in Poenas frivole ac temere Litigantium Ipſosmet incurrere tanto magis diſtincte viſum patet, qvanto non attenta ab ipſismet factæ itatione ad reponendum, vide ſub Lit. ⊙ & contra ab Actore ipſis data Citatione pro Confirmatione definitiva *adhuc in apertiſſimum Vilipenſionem continuam omnium ſupremor: Jurium fundamentalium ac* Regalium, *imo directe in Convulſionem Litis pendentiæ bis per Decreta* Regia COR: THR: MAJ: SPECIALITER CONFIRMATÆ, & ſic contra Naturam & Formam omnium rerum practicabilium Juris, Juſtitiæ, Æqvitatis atq; Proceſſus *nunc iterum* NB. *Ipſimet via facti omnia Praemiſſa Jura, Decreta* & Interdicta publica Maj: Reipubl: & Dom: Ducalis *jam reponibilia eſſe invenerunt*: dum Regalia denuo uſurpando, putativum Diploma Inveſtituræ *etiam ſupra Capitaneatum Actoris ſpecialiſſime in iisdem Juribus ſupremis cor: Throno pendentem, aliis iterum iterumq; conferre, itaq; ſibi complices delictorum factioſiſſime factitare*, ET QVIDEM IN HISCE CONTINUIIS ATTENTATIS PUBLICIS *Nomine Sac. Reg:* Maj: *AUGUSTI III tii e* Regno *Perſonali autoritate* Regia *perſonaliter* Regnantis INAUDITO ABUTI ATTENTARUNT; *qvamvis Ser:* Rex *ad hunc inauditum abuſum* Nominis *ſui* Regii, *ac præeminentis Autoritatis ſuæ Perſonalis* Regiæ, nec non cæteror: ſupra fator: inviolabilium momentor: æq; minus qvicquam conceſſit, ac unqvam contra ſemet ipſum & totam Rempubl: agere non valens, concedere poteſt.

*et e contra pro confirmatione defuitiva aſſcitata erat; aſt iterum iterumq; peſſime attentavit: dum in expectato termino finali jam ipſamet omnia decret. ac Document. circa Regalia et plus fata jura ſuprema reponibilia eſſe via facti invenit.*

Qva propter generoſus Actor contra hæc noviter cumulata attentata tam invigilanter propter privatum ſuum intereſſe, qvam patriotice propter publicum Intereſſe Regalium ac Jurium Maj: Reipubl: & Dom: Ducalis Curlandiæ, conſeqventer etiam ejus futuri Succeſſoris Ducalis ſolenniſſime proteſtatus eſt;

*Tertia Proteſtatio Actoris ſolenniſſima contra nova hæc attentata factioſiſſime ac nimis temere cumulata.*

XXVII. Vide Proteſtationem ultimam de noviter acceſſis attentatis publicis cauſæ actoris qvoq; directe præjudicioſis, & non obſtante Litis-pendentia per dua Decreta Regia hac in materia bis ſpecialiter confirmata, attamen a Parte adverſa inaudito cumulatis, inter Originalia ſub Lit. P

NB. *Nam, ſi Jura Maj: & Reipubl: &c: inviolabiliter ſervanda*, (prout de hocce ſummi debitiq; Reſpectus ac obſervantiæ gratia nec dubitare licet) *Citatis eo magis*, aut ſaltem in Honorem Maj: *ab hisce iterum iterumq; cumulatis*

*Abſtinendum fuerat ab hiſce continuis attentatis*

*publ. tandem ac ſaltem ad interim tanto magis, quanto hi prætenſi conſiliarii ipſimet non ſunt legitimi dignitarii, ſin aliter jura ſuprema & Regalia Majeſt. Reipubl. ac Dom. Ducal. inviolabiliter ſervanda.*

*latis attentatis publicis tandem abſtinendum fuit*, alios nimirum: putative creare dignitarios, *qvo nec Generoſus Finck nec Generoſus Sacken ipſimet veri ſunt dignitarii, ſed tantum intruſores & uſurpatores, qvi* propria autoritate *in præterito belli turbido* in qvo ipſis bene piſcandum erat, *ſemetipſos publicis Dignitatibus in Curlandia ſupremis violenter ingeſſerunt. Id ſi negare audent, en probant manifeſta Ducalia ſub Lit. H. & I.* & pro ſuperfluo videantur ipſorum Diplomata ſeu Privilegia, *à qvo & qvando* inſuper pro legitimatione convenienti, & fiet lux in luce, qvod & Sacken & Finck jam ex ſolo hoc gravamine publico, qvod NB. cum ipſo fundamento cauſæ actoris connexum, ab Officiis publicis hucusq; ab iis uſurpatis, *vel potius ab indebite Poſſeſſionibus uſurpatorum officiorum publicor. non ſolum removendi, ſed etiam idcirco exemplariter puniendi ſint*, IMO QVOD ACTOR ID PROPTER INDISSOLUBILEM CONNEXITATEM HUJUS CAUSÆ REGALIS TACITE PRÆTERIRE IDEO TANTO MINUS POTUERIT, *potius qvod actorem eo magis id ipſum* in indiſſolubili nexu inviolabilium Regalium ac Jurium ſupremor. Maj. Reipubl. & Dom. Ducalis Patriotice *hic qvoq; deferre oportuerit, qvanto & qvo magis* tenore Formulæ Regiminis Curl. § 30. qvivis tanqvam zeloſus Patriota aſſiduus, qvamvis privatus, *imprimis vero Actor tanqvam* in publica dignitate *legitime conſtitutus officialiſta Domus Ducalis, ad hoc ſpecialiter tenore Diplomatis Ducalis*, & qvidem vinculo Juramenti inſuper Duci præſtito, *obligatus eſt*.

*En Probatio inſuper diſtincte addita patet.*

Aſt qvid plus hac de Materia dicere, ſat erit ſapientiæ judicii ſupremi Maj. addere HOC UNICUM DICTUM: *Si citati veri fuiſſent dignitarii,* NUNQVAM, NUNQVAM ſimilia attentaſſent, ſive feciſſent.

## *M E R I T U M*

*IIdæ CAUSÆ, Vi Bonorum raptorum, ſeu Expulſionis NEUHOFFIENSIS, & qvidem non attentâ Summa ſpeciali Protectione Sac. Reg. Maj. cum Aſſenſu Domus Ducal. habitâ, attentatæ.*

Accreto interim de die in diem majori odio ac perſecutione citatorum contra Actorem ex eo, qvod idem ratione Capitaneatus ſui debite pro intereſſe ſuo, una cum pro non violandis Regalibus, juribus ſupremis, Perſonalibus & Prærogativis Maj. Reipubl. & Dom. Ducalis illi connexis, zelum atq; fidelitatem aſſiduo actualem ſemper adhibuerat, actorem e Bonis Neuhoff cum jure Pignoris ac Hypothecæ ab actore poſſeſſis, via facti expulſum, ſeu ſpoliatum facere, A. 1733. in ipſo turbido Belli, in qvo omnia attentare poterant, qvoq; attentarunt, qvod ſpolium e ſeqventibus probatur ſuccincte.

I mo. Qvia ipſi citati Poſſeſſionem Actoris in iisdem Bonis Neuhoff tum temporis tam debite, qvam publice agnoviſſe, nec ad præſens negare poſſunt; Vide intet Originalia ac in Actis Capitaneatus inſuper Documenta ſub Lit: B & C. ac § ſub Nro 4. Deliberatoriorum ab ipſis adverſariis expeditorum circa poſſeſſionatum Actoris jam qvoq; ſupra deductum & probatum.

2 do.

2 do. Qvia Citati Inimici Actoris cum eo in Lite criminali cor. Thr. Maj. jam exiſtentes fuerant, imo & 1 mum Decretum Regium *de A.* 1732 contra Ipſos jam emanatum erat, ideoq; citati ipſa natura omnium Jurium nec per ſe, nec per qvenqvam ab ipſismet miſſum, vel ſubdelegatum alium inſimul *Adverſarii & Judices Actoris* eſſe potuerant; utiq; juxta Notorium Juris Brocardicon indisputabile: qood qvis per alium fecit, per ſemetipſum feciſſe videtur.

3 tio Qvia in formula Regiminis § 22 expreſſe proviſum, qvod ſi Lis inter Principem & Nobilem &c. (NB ideo qvoq; ſubintelligenter inter Conſiliarios Supremos Regentes procul dubio! non majorem Autoritatem Ipſo Principe habentes, & Nobilem) Cauſa, cor. Thr: Maj: immediate intentanda.

4 to. Qvia jam tempore Pactorum Subjectionis in iisdem Art: 3tio non ſolum ipſius Principis, ſed etiam omnium, cujuscunq; Ordinis vel Status fuerint, præſertim Nobilium Jura, Beneficia, Privilegia, Libertates immunitatesve S. Sancte confirmata ſunt.

Ubi autem manerent hæ Libertates, Jura ac hæc Beneficia Principis & Nobilitatis, imo & Suprema Jura Maj: ac Reipubl: ſi Sac. Reg: Majeſtas, qva Supremus Dominus & Judex eadem a Conſiliariis vel qvibusvis aliis Subeditis ſuis violenter inverti, opprimi & uſurpari inſci conniveret, ac Patriotas contra eum attento Animo zeloſè juridice pugnantes Loco Recompenſationis alias adhuc inſuper largiendæ Illis Ipſis, qva hinc inde factis Inimicis,|& per ſe inferioribus Judicibus, qvamvis in tantum ſic natura omnium jurium jam exceptis, attamen ad judicandum qvaſi traderet, ſeu non protegendo, acſi in prædam vindictæ illorum relinqveret; vel ſi per illorum ingentes Divitias ipſiſſima Libertas & Paritas Nobilitatis ac Juris peſſundari omnisq; Juſtitia inſuper commutativa impediri, ſeu una cum Legibus fundamental: pactis ac Privilegiis violari & ſubverti poſſent; cum tamen juxta Art 18um Privilegiorum a D. M. olim Rege SIGISMUNDO AUGUSTO circa Subjectionem datorum expreſſe qvoq; proviſum, ut in qvavis Cauſa *non, niſi mediante Jure, Lege & Sanctione per Judicem,* id eſt, legitimum, & omni Exceptione majorem, *neutiqvam vero per adverſarium & inimiciſſ. in Lite criminali exiſtentem, decidi deberet, & ut Nemo ſine legitimo Juris Proceſſu,* verbi gratia: ab Adverſariis, vel Inimicis *damnatus, fortunis aut Facultatibus ſuis exueretur &c.*

5 to Qvia citati tam adeo Jnimici ſeu Perduelles Actoris fuerant, prout adhuc ſunt, ut nec Productum ſuper Decret. Reg., & Protectionem Supremam in Cauſis Actoris *tum temporis* dari, multo minus ſupplicem libellum ad Acta Cancellariæ Ducalis ſuscipi, vel Actorem ſaltem defenſive ad Audientiam & Protocollon admitti dignati ſint ; Vide ultra Evidentiam facti ad id ſpecialiter probandum, Documenta inter Originalia ſub Lit. Q. R. S. T. & in Actis Cauſarum ſub Num. 5. 6. 7. 8. ac ſub Num 8. 9. 10.

6 to Qvia rebus ſic ſtantibus, ob tantum Odium ac Perſecutionem evidentiſſimam, atq; in illo Tempore ſatis prævifam *ipſo Conſilio Ducali* pro ſuperfluo *Protectionem Specialem* a Ser. Rege AUGUSTO IIdo Actor oppreſſus qvæſiverat, & obtinuerat; Vide in Actis ratione Neuhoff. ſub Num. 12 *in Virtute Cujus & Supremi directiq; Dominii, ac ſalvæ Jurisdictionis extraordinariæ Majeſtatis* ab eodem Ser. Rege AUG. II do Commiſſio NB. de non moranda Juſtitia, *ad dijudicandam Cauſam Neuhoffienſem* cum interceſſante Parte inſuper Conſiliariis achærente, *pro tunc interceſſam,* Nomine ac Autoritate Perſonali Sac Reg. Maj. legaliter conſtituta, & intimata erat; Vide inter Originalia ſub iisdem Lit R. & S.

Qvæ Commiſſorialis Protectio poſt mox ſubſecuta fata Ejusdem nunc D M. Ser. a Celſiſ. & R. Primate Potocky, cujus cineres politice & Patriotice nunc qvoq: venerandi, qva tum Temporis inter Regni Inter-Rege publicæ Securitati cavendo, imo Ipſiſſimæ Juſtitiæ, Juribus & Legibus Regni ac Patriæ inſiſtendo, debite reiterata & continuata, adhæc vero adverſariis Actoris NB. Omne Jus Salvum per omnia ac in omnibus cor. Thr. ex tunc futuri Regnantis contra Actorem expreſſe ac juſtè relictum & reſervatum eſt. Vide ibidem inter Originalia ſub Lit T.

7 mo Qvia ergo abſurdiſſima Adverſarior Objectio, acſi hæc in Virtute Supremi Domi-

nii

nii ac ſic in Fundamento omnium Jurium & Legum Regni & Patriæ a Sac. Reg. Maj. Actori juſte data ac Subſecuto ſtatim inter-Regno, a tunc Inter-Rege debite continuata Protectio Commiſſorialis Literæ inhibitoriæ, proceſſum retardantes, itaq; juxta § 13 Form. Regiminis cum vitio Nullitatis ab ipſismet Citatis] caſſandæ, ſeu rejiciendæ eſſent, non niſi maxime punibilem Confuſionem tanto magis eructat, aſt hic nil ad rhombum infert, qvanto idem § 13 etiam plane perverſe ab ipſis hic allegatus; utiq; expreſſe tantum de non præjudicanda JurisdictioneTerritoriali Ducis, ſeu Judicior. Ducalium Autoritate, id eſt: de non prætereundis ante devolutam appellationem ad Thr. primis Inſtantiis NB. in Caſibus ordinariis ad Curſum Judicior. Ducalium ſpectantibus, atq; de non moranda Juſtitia loqvitur;

Apage ergo abſurdum Adverſatior. jactitare: acſi iſte § ſtatueret: unum idemq; eſſe: nimirum: in Caſu ordinario Literas inhibitorias, qvæ Juſtitiam retardant, vel in caſu extraordinario, ſive Juribus ac Legibus toties qvoties excepto, nempe cum Lis jam cor. Superiore Judice, vel cor. Thr. Maj. immediate intentanda & intentata, ſummam Protectionem Commiſſorialem, qvæ ipſam Juſtitiam in Materia Qvæſtionis accelerat, extraordinarie ſupplicare & impetrare; item: acſi ipſimet Adverſarii, ratione qvorum talis Protectio Commiſſorialis emanata, inſuper Cognitionem de ipſius admiſſibilitate vel non, habere poſſent;

Qvæ Cognitio tamen, dato nec ad minimum autem conceſſo, ſi Adverſarii etiam meliores rationes de amovenda hac Commiſſione Protectionali per remonſtrationem inferre habuiſſent, ſoli Arbitrio Supremi Regnantis, & Miniſtror. Senatorumq; Regni ad Latus ejus aſſidentium, rebus ſic ſtantibus, immediate ſubjicienda erat, ac reſervata patet.

8 vo Qvia Dux ipſemet cujus erant Judicior: Autoritas & Jurisdictio territorialis, ultra ſupra ptobatas rationes notorias juſte animadvertendo, qvod juxta § 23 Form. Regiminis Curl: & ſimplices ſalvi Conductus, id eſt: NB ſine addito Robure Commiſſionis Sac Reg. Maj. jam Sacroſancti apud Vaſallos eſſe deberent, huic Protectioui Commiſſoriali Maj. neutiqvam fuit contrarius, ſed potiusEi inſiſtere ſvaſit; Vide in Actis ratione Expulſionis *Neuhoffienſis* ſub Num. 12. 14. 15. 16. 17. &c.

Qvod Dux certe non feciſſet, ſi eadem Commiſſio contra Jura Ducalia ſeu Patri*æ* fuiſſet: etenim jam inviolabilitatem eorundem ſervandorum Jurium in genere & in ſpecie pro tunc juraverat, ideoq; cum convenienti attentione majori debite perpenderat, qvod dataProtectioRegia, *& inVirtute hujus ad trutinandum, liqvidandum & disjudicandum aſſignata & intimata commiſſio*, itaq; Protectio talis legalis non a Jure, nec de moranda Juſtitia, ſed a Vi &Potentia inimicorum Judicum, æq; minus contra Leges qvicqvam, ac Moram Juſtitiæ inferrent, potius Juſtitiam qvoad Cauſam qvæſtionis in ipſo Fundamento Jurium & Legum Cardinalium Regni & Patriæ accelerarent; imo! qvod a Sac. Reg. Maj. qva ſummo Judice alia Protectio circa Fortunam dari non potuerit, cum nimirum a Judice inferiore perduelli plane nulla audientia ſperanda, & ſic Actu omnis Juſtitia denegata, conſeqventer hinc inde Vis & violentiſſimum procedere non ſolum ex Proviſo, ſed etiam jam ex ante facto ſat verendum, & ideo ipſa Natura Juris communis, ſpecialiter Pactor: Subjectionis Art. 18 ad Cognitionem Cauſæ Supremi Judicis, ſeu Ipſiſſimæ Sac. Reg. Maj. Actori oppreſſo extraordinarie ſupplicandum fuerat, prout ex poſtfacto ſat abunde viſum patet.

9 no Qvia qvoq; juxta § 24 Formul. Regiminis Curl. Actor in Virtute hujus obtentæ Commiſſionis Regi*æ*, Protectione ſpeciali, Præſidio ac Patricinio Sac. Reg Maj. ſat dignus viſus & habitus erat, igiturq; Exceptio & Fori & Judicum Adverſariis tanto magis obſtetit, qvanto tali modo non ſolum generaliter, ſed etiam ſpecialiter in hac Cauſa jam Lis-pendens coram commiſſoriali Autoritate Regia ſub Præſidio ipſiſſimæ Sac. Reg. Maj. fuerat; Vide in Actis *Neuhoffienſibus* ſub Num. 10.

10 mo *Qvia Adverſarii autem tam* hæc *omnia Jura & Leges fundamentales, qvam & ipſam ſpecialiter datam Protectionem Autoritate Commiſſionis a Sac. Reg. Maj. roboratam*

*repu-*

*repudiando, imo ipſis Commiſſariis Regiis* hac de Cauſa conſtitutis, procedere *inaudito inhibendo, & contra mandando,* Vide in Actis ratione Neuhoff ſub Num. 7. *Semetipſos de facto in Judices Actoris obtruderunt, itaq; in hac Cauſa Neuhoffienſi qvoq; directe Mandata ſua contra Mandata Regia, & Decreta ſua contra Decreta Maj. despotice compilare attentarunt,* cum tamen ab his attentatis *ſaltem in Honorem Maj. eo magis Adverſariis abſtinendum fuerat; qvo* ſecundum Art. 18 e Pactis ſubjectionis ſupra allegatum *qvoqve ſpecialiter proviſum, ut nemo in cauſa propria judex eſſet.*

IImo. Qvia tandem in fine finali *nullus fuit terminus legalis* Præviis innoteſcentialibus *innoteſcatus* & ſic NB. cauſa *nec audita, nec ventilata, nec liqvidata ſumma,* & qvidem *Actore Domo abſente* qvaſi in contumaciam ipſius per judicem ſubdelegatum Loci ab Adverſariis actoris miſſum, aperto tumultuario facto hæc Ejectio, ſeu expulſio attentata eſt, ſeniculus circiter octogenarius Pater Gnrs. Actoris *in lecto agonizans pro tunc linteaminibus involutus, ruſticis exportatus, unus ſervor. Vulneratus,* canis & volatilia pecora perpetulanti irriſione ſclopetis ſive Bombardulis proſtrata, *granaria cæteraq; loca obſervata violenter reſerata rupta & pate facta;* Mobilia & moventia partim retenta, partim ejecta et expulſa, partim in tali ſumma tumultuaria confuſione diſſipata, conſeqventer totaliter ruinata ſunt.

*Cor actoris ſangvinem fundit, cum ignominiæ parentibus ſuis illatæ hic mentionem facere ipſummet oportet.*

Et ſi ſic ex abunde ſupra deductis ac probatis Expulſio præter ômnem opinionem necdum ſatis patet, producantur ad reprobandum hocce enorme ſpolium a tot annis qvoq; per ſe notorium, ſaltem ab adverſariis inneteſcentiales pro termino legali, & acta ſua putative vel qvaſi contumacialia, qvamvis jure ac legalibus interdicta, imo ſpecialiter & criminaliter cor. Thr. Maj. jam caſſata (ad qvæ attamen citati ſe tantum NB de confundendis cauſis alias extra Terminum referre non erubuerunt ſi qvædam horum pro Intereſſe ſuo habent, aut ſi Ea ipſa nunc tandem in 3tio termino finali producere necdum erubeſcunt, qvæ jam toties qvoties Juribus interdicta, caſſata, itaq; per ſe inadmiſſibilia videntur; Si nimirum: Eadem nihilominus coram ſupremo Judicio Maj producere de Jure licet; Aſt revideantur cum Documentis Actoris inſuper reproducendis. Tunc ipſimet adverſarii ubiq; attentata ſua & crimina hujus ſpolii magis adhuc patefacient.

Qvomodo, qvando & ubi ergo Generoſo Actori rebus ſic ſtantibus, ſummam Protectionem Maj. a ſemetipſo Actore protecto rejiciendo, Judicium vero adverſarior. ſuorum contra apertiſſima & ſupra deducta Jura fundamentalia Regni & Patriæ, & contra omnia Jura Politica, imo contra ipſam ſanam rationem pro legitime agnoſcendo, & qvidem in termino nullo, conſeqventer a Judice tam natura omnium Jurium ac Legum in ſimili caſu remoto, qvam nullo, vel nimis temere, indebite ac illegaliter ab adverſariis attentoribus miſſo, ad ipſos attentatores adverſarios actoris contra jus naturæ appellandum fuerat, (prout adverſarii id qvaſi delirantes cum ſumma Confuſione qvoq; eructarunt) nulla capitur ratione ſana.

Reſpondeant ergo inſuper citati, prout de Jure debent, diſtincte & directe *ad reprobandam tantum hancce actionem circa attentata & facta expulſionis vel non,* *NB.* HIC CORAM THRONO TANTUM DIJUDICANDAM, qvoniam cæterum nimirum: qvoad viliſſimam ſummam, qvam finxerunt Actorem habuiſſe in his Bonis *Neuhoff,* & his ſimilia, *qvæ res facti & damni continent,* ad liqvidationem ſpectant, *conſeqventer, qvia ſpoliatus ante omnia primo reſtituendus,* non niſi *prævia* legali *reinductione* in ſubjectum ſatisfactionis, NB. *hic ad præ-*


ſens

*ſens tantum di- & adjudicanda*, poſtea ibidem in termino & loco liqvidationis per Commiſſarios Regios peragendæ, inqvirenda, & ſic tum una cum factis complicium citatis uti-Conſiliariis inſuper adhærentium, atq; ſpecialiter intereſſantium in loco loci decenter ac ordine verificanda & dijudicanda ſunt; ubi tunc in ipſa verificatione & liqvidatione ſummarum cum parte citatis adhærente, atq; ſpecialiter inſuper intereſſante, legaliter peragenda, ſat cito Vilipendentia hujus ſolummodo in Poſtpoſitionem Actoris ab ipſis hic nec de tempore, nec de loco fruſtra & in vanum aſſertæ Sumellæ, acſi tantum circiter infra 2000 Imperialium &c. qvoq; contra apertam Veritatem fuiſſe, patebit, atq; e contrario ſumma conſiderabilis pro Jure & Juſtitia realiter probabitur.

## *MERITUM*

*IIItiæ CAUSÆ, Injuriarum tantum ſimpliciter ac privatim criminalis.*

Gnrs. Actor etiam in puncto complicitatis 3 um Infanticidiorum qvamvis ad delationem, aſt tamen ad expreſſum mandatum citatorum Conſiliariorum ab Advocato Fiſci (vulgo Fiſcali) criminaliter citatus, & ſic imputato infamiſſimo peſſime injuriatus, ac pari modo, ut ſupra ſatum, in putativam contumaciam ad pœnas criminales condemnatus eſt. Vide inter Orig. illorum Statum Cauſ. contr. Actor. Varſaviæ A. 1738.

Qva propter vero nec Fiſcalis, qvi qva in hac cauſa privata qvamvis ab Adverſariis Actoris, attamen ſpecialiter mandatus, certe pro muta Perſona de Jure conſideretur, nec Delator, ſed ipſi Conſiliarii mandantes ideo reconventialiter Jure tenendi ac pœna talionis puniendi, qvia

1mo. Secundum leges Patriæ in cauſis Delatoriis, (exceptis Notoriis) actiones fiſcales non prius inchoandæ, vel demandandæ ſunt, itaq; & hæc non prius demandanda erat, qvam delator delationem ſuam probaverit, & probaſſet; Vide laudum Publ. de Anno 1738 Commiſſorial. Deciſion. de Anno 1642. item Laudum publ. de Anno 1669 & Actum Compoſitionis inter Domum Ducalem & ordinem Eqveſtrem de Anno 1684. de nimirum: non gravando Viro Generoſo ſeu membro Status Actionibus fiſci prius qvam Delator Delationem ſuam probaverit.

2do. Qvia delator hujus delationis qvidam Generoſus Sacken colligatus ad præſens citati Uti-Landhoffmeiſteri Sacken, tam ob decrepitam Senectutem continuamq; Bibacitatem, qvam NB. propter morbum corroſivum & ulcus in capite habitum homo inſanus fuit, ideoq; & ex Notorio, & ex viſu manifeſta exceptio inhabilitatis, ſeu de non admiſſibili Delatore ipſis mandantibus adverſariis Actoris tanto magis obſtetit, qvanto ſimilis Delatio in re tam ardua circa ipſum Honorem, vitam & faman ſemper honeſtam, Viri Generoſiſſ. ac honeſtiſſimi, nimirum Actoris præſentis verſando, ſaltem viciſſim Delatorem omni exceptione majorem, ſeu ad minimum integræ mentis ac ſana rationis pro admiſſibilitate deferendi ac acceptandi Jure ſat viſibiliter reqvirebat.

3tio. Quia non obſtantibus hiſce præmiſſis attamen ex evidentiſſimo odio ac Perſecutione malitiæ citati actorem infamiſſimo hôc imputato in actione inſuper Fiſcali NB. ad expreſſ.

man-

mandatum illorum formaliter intentata peſſime injuriarunt, itaq; ſimilibus mandatis, citationibus Actis & Decretis ſuis putative contumacialibus absq; ulla illata Probatione Delatoris ſui, qvi ob paulo poſt accretam corruptionem mentis ſuæ a Proprio Gnrso ſuo filio eheu ! fere continuo cuſtodiendus fuit, tum, cum Actor partim in Negotio publico ſtatus Ducalis, qvam de proprio ſuo intereſſe Privato, aliisq; rationibus manifeſtis in turbido Belli legaliter Patria abſens fuerat, (prout infra plus ultra patebit) eidem turpiſſimam notam & maculam fecerunt, nec non idem ſub poſt ſubſecuto regimine Ducali Bironniano, ſub cujus protectione tunc Potenti ipſis omnia impune attentare & confundere licebat, Actore jam in Patria præſente, & in honorem judicii comparente reiteranter attentarunt, *cum tamen horum imputatorum nec qvicqvam ſomniando verum, nec ſic minime probatum.*

Id ſi aliter factum eſſe objiciunt, ad præſens de jure id ipſum ut probent, humillime petit EX SOLO NOTORIO NEC REPROBATIONIS ULLIUS INSUPER INDIGENS ACTOR.

4to. Quia ſic nec Præſumptiuncula ad ſimiliter procedendum adfuit; etenim ipſa puella qva delata infanticida etiam poſt delationem ſub ipſius Delatoris dictione vixit, fuit, et ad præſens usq; nec ad Judicium vocata, nec minime punita eſt.

Unde ergo tot infanticidia, de qvibus ipſa pro pœna infligenda coram Judicio Ducali criminaliter ſiſtenda fuiſſet, ab Actore vero acſi vinculis exempta, itaq; eliberata ſit, Actor iterum humillime petit, probent adverſarii actis ſuis putative contumacialibus licet cor. Thr. Maj: caſſatis, producantq; ea pro intereſſe ſuo, ſi ad eadem ſe referre, necdum erubeſcunt.

5to. Qvia ergo deficiente omni probatione hujus infamiſſimi imputati in actione Fiſcali ad expreſſum mandatum adverſariorum formaliter intentati, & contra omne veritatis fundamentum injurioſiſſime continuati *rebus ſic ſtantibus* ipſimet mandantes reconventionaliter in Pœnas talionis *inter pares Nobilitatis,* ſive inter viros generoſiſſimi ſtatus pares, in Puncto injuriæ *de paritate juris* ſtricte obſervandas, debite incidere; ſat viſum patet.

Adhæc ſtantibus illis perſecutionibus ac oppreſſionibus Gnrso Actori, *ut qvoq; per Moſcovitas, contra qvos,* AUT QUOR: STATUM AC AUGUSTISSIMUM MONARCHAM nunqvam qvicqvam peccaverat, nec unqvam peccare cogitat, innocenter clam interciperetur, *ac Palubbis abduceretur,* per ſiniſtras ſuſurrationes ac intricationes apud tum temporis Comitem Biron inſinuatas: *acſi nimirum Generoſus Actor Electioni ipſius in Ducem pro tunc fomentatæ maxima poneret obſtacula &ct.* ita inſidiatum eſt, ut Actorem (prout jam ſupra memoratum) *NB. de tantum Vita & Perſona ſua ſalvanda, in turbido Belli Gedanum fugam dare,* & ſic ſpoliatus a Honore, Fortuna ac bona Fama deſtitutus, & ſeniculos Parentes ſuos & Lares Patriæ tum temporis a tergo aſpicere *oportuerit*; vide ultra notorium ad ſpecialiter probandam hanc inſidiatam abductionem per Moſcovitas Documenta in Actis circa ſpolium Neuhoffienſe ſub Num. 18vo.

Plures aliasve Notorias oppreſſiones brevitatis ſtudio tacite hic præterire cupit Actor.

Qvot & qvanta ergo gravamina ac Crimina publica & privata res ipſa loqvitur, & qvomodo hæc ſub prætextu commiſſorialis Deciſionis de A. 1717, vel qvovis alio colorari poſſint, deducant & reprobent ipſi Rei.

Nam

NB. NB.

*Compendium Gravaminum*

Nam & tandem poſito qvoq;, aſt nec minime conceſſo, ſi Commiſſio de A. 1717 ſimilem Poteſtatem abſolutam Regalia uſurpandi, & in omnibus abſolute procedendi Conſiliariis *NB. pro tunc Principe contumace*, & nondum qvoad Materiam Status a Perſonalitate ſolenniſſime diſpenſato, ac necdum perſonaliter inveſtito, dediſſet, aut potius per inverſionem pactorum Subjectionis & formulæ Regim Curl. imo Jurium Cardinalium Regni & Patriæ eorumq; praxeos continuæ ultra Notorium ſupra abunde deductæ & probatæ, tum temporis in ſimplicem contumaciam Principis ſtatuere potuiſſet, tamen hic nihil ad rem pro Coloratione attentatorum a citatis eorumq; complicibus coadcitatis commiſſorum inferret, qvia *NB. nunc Jura declarationis, diſpenſationis, imo etiam ipſiſſimæ a Principe Perſonaliter acceptæ Inveſtituræ Sac. Reg. Maj. & totius Sr. Reipubl. Vigore tot Reſcriptor. Regior. tam ante, qaam poſt conſtitutiones de A. 1726 & de A. 1731 in ipſiſſimo fundamento* Horum *Conſtitutionum*, itaq: in poſt facto Supremi Domini Maj. totiusq; Reipubl. poſito acſi ante facto Commiſſionis de A. 1717 revera multo majori, imo maximo *acceſſerant ac intimata erant, &* ſic ſaltem in Virtute ac expreſſo tenore horum, & ipſiſſimæ ſpecialiter factæ inveſtituræ Principi, imprimis qvoad Regalia ſeu Jura ſua perſonalia per ſe Prærogativa conferendi Beneficia publica, obtemperandum fuit, aut citatos opponendo ad minimum probare oporteret, qvod utraq; Commiſſio de A. 1717 & de A. 1727 *Autoritate* totius Reipubl. per conſtitutiones ſupra fatas qvamvis confirmata, attamen ipſis qvoq; Poteſtatem NB. pro nunc & ſemper dederit, & dare potuerit, ut non ſolum contra Prærogativa Domus Ducal. *ſed etiam Suprema Regalia & Jura ipſiusmet confirmantis* hæc omnia pro brevi informatione *Sac. Reg. Maj* & Reipubl. ſynoptice poſita attentare poſſent, qvæ ab iis facta & attentata ſunt.

*Utraq; Commiſſio de Ao. 1717. ac de A. 1727. per Conſtitut. de Ao. 1726. & 1731. confirmata, ergo nunqvam ſimilia ſancire potuit, qvæ facinoroſiſſima hic patent.*

Nempe: 1 mo qvoq; Juribus Maj. totiusq; Reipubl de facto inobedire, e Diametro contravenire ac abſolute reſiſtere. 2 do *Principe legaliter abſente*, & qvidem tam *a Perſonalitate per conſtitutionem* totius Reipubl *ſolenniſſime diſpenſato, conſeqventer* in optima eſſentia ac forma Juris *præſente*, qvam & ſimultanee & ſpecialiter ſive perſonaliter *inveſtito*, itaq; in omnibus Juribus Ducalibns, *præcipue mere Regalibus ac perſonalibus Prærogativis ſuis ſat ſatis confirmato, attamen in ſummum Præjudicium* æqve pro tunc, ac nunc *& per hinc inde abſolutam conſeqventiam* qvoq; in poſterum *Domus Ducalis*, vel *futuri Regentis Succeſſoris Curlandiæ*, non ſolum Prærogativa Regalia & Jura Suprema hujus Status, *ſed etiam Ipſiſſimæ Sac. Reg. Maj.* Totiusq; *Reipubl. inaudito ac deſpotice uſurpare, & violare*, imo ſic qvoq; ſemetipſos *nolente, contradicente ac invito Duce*, Duci qvaſi in dignatarios Ducis de facto obtrudere, & eo ipſo ſe maxime divitare, *legitimos vero diguitarios Ducis* repudiando violenter ac *inaudito degradare. 3tio de confundendis* interumpendis *ac perturbandis correſpondentiis* tam Generoſi Actoris, qvam aliorum *cum legitimo ſuo Duce* & Domino Patriæ, *imo cum ipſa Sac. Reg. Maj. per ejus Miniſtros Magnatesq;* Regni, ad qvorum Gratiam & Juſtitiam qvemlibet tamen in Negotiis & Solicitudinibus ſuis omni modo ſecure ac patriotice refugere oportet, & cuivis licet, literas publicæ ſecuritati Poſtæ Ducalis, vulgo Fürſtl. Poſt-Hauſe vi ac Poteſtate propria pro tunc recipere, reſigillare, ſiniſtre percontari & expiſcari. 4 to *Membra Patriotica Status ſupra fatis Juribus mandatis ac Ordinationibus Supremis Sac. Reg. Maj, Reipubl. ac hiſce conformibus Domus Ducalis, imo fundamentalibus* Regni *& Patriæ Patriotico Zelo actualiter inſiſtentia, propterea odio ac perſecutione irreconciliabili* (prout id imprimis Generoſo Actori & Generoſo Fock clam Siberiam abducto factum) *totaliter peſſundare, diffamare, & ruinare, illisq; de Vita, Fama & Perſonis malitioſiſſime inſidiari*, odiaq; inter Cives ſtatus inſuper ſerere ac turbas ſeditioſe & factiſſime contra excitare. 5 to Mandata ſua directe ſupra & contra Mandata ac Ordinationes Maj Reipubl. ac Domus Ducalis, nec non Decreta ſua, & qvidem criminalia directe ſupra & contra Decreta, ſanctiones, Protectiones, Commiſſiones, Conſtitutiones, Reſcripta ac Mandata Maj totiusq; Reipubl. & Domus Ducalis, itaq; contra omnia Jura communia & politica, in ſpecie fundamentalia Regni & Patriæ inaudito compilare & publicare 6 to. *Hæc omnia præmiſſa autem non agnoſcere, aſt potius pro ob & ſubreptitie obtentis, ſeu indebite emanatis*, & acſi: contra Leges fundamentales atq; Deciſiones commiſſoriales

riales

Commiſſoriales pugnantibus *abſurdiſſime declamare, conſeqventer non ſolum Miniſtris ac toti Senatui, ſed etiam toti Reipublicæ, & Ipſiſſimæ Majeſtati directe imputare:* acſi omnes plane ignorantes & inſcii (ne profundiſſimi ſubditiſſimiq; reſpectus gratia plus dicam, qvod & Cogitationibus abſit) ſaltem tales *eſſent*, qvi ipſimet neſcirent, qvicqvid in Materia Status atq; in Juſtitia de bono publico peragenda feciſſent, ſeu ſine citatorum Correctione faciendum eſſet, vel non, deniq; omnia Supra fata Reſcripta, Manifeſta, Decreta, Protectiones &c. Maj. Reipubl. & Domus Ducalis, ſeu breviſſime dicendo: omnia Jura fundamentalia Regni & Patriæ factionibus attentatisq; ſuis invertere, opprimere, iisq; facinoroſiſſime contraminare, & partim nec ad Publicationem admittere, partim nec ad Acta Cancellariæ Ducalis ſuſcipi dignari, *imo & ſub nomine Exteræ Potentiæ Machinationibus* co-intelligentiisq; ſuis, illicitis ac ſiniſtris ſuppreſſa & ſuffocata facere, atq; cauſare, & ſic per ABUSUM GLORIÆ ac NOMINIS EJUSDEM EXTERAE POTENTIAE, cui nulli tamen jurisdictio Suprema Maj. & Reipubl. ſuper Curlandiam *ſtante adhuc Incorporatione hujus Status Ducal. Regno Poloniæ & Magni Ducatus Litthuaniæ qvondam facta*, competens, æq; minus ſubjecta, *ac id unqvam prætenſum eſt: vide pro ſuperfluo inter Originalia Documenta ſub Lit. U; ſeu contra omnia Jura gentium prætendi poteſt, attamen hanc ipſam Jurisdictionem*, vel tali modo *ipſiſſimam S. Sanctam Juſtitiam ubiq; Locor. inviolabiliter ſervandam, CONFUNDENTER AC INAUDITO OPPRIMENDO, avulſionem hujus Status viſibiliter implicite factitare, & perturbanter excitare, 7 mo.* Itaq; [attentatis talibus inauditis, intricationibus pro lucrando intereſſe ſuo privato hucusq; factioſiſſime fomentatis, alias vero peſſimis, & a Generoſo Actore *juxta* ordinem atq; *indiſſolubilem Connexitatem Cauſarum ſuarum* delatis, ac probatis, non ſolum *Paritatem Juris ac aureæ Libertatis Nobilitatis* totius Reipubl. de facto *peſſundare*, omnemq; S. Sanctam *Juſtitiam* inſuper indispenſabiliter adminiſtrandam *male partis divitiis ſuis continuo prolongatam* & confuſam *facere* moliminari, ſed etiam *ſic leges fundamentales, una cum Pactis ac Privilegiis Juriatis violare & ſubvertere, ac totum Statum publicum & in ſe, & cum Exteris Vicinis Potentiis ſemper tranqvillum atq; pacificum totaliter confundere*, pervertere, & ad tegenda ſimilia ſua Crimina *ſub Nubibus Confuſionis ac Belli*, nec non ad continuo in turbido piſcandum, *perturbare, tot tantaq; Crimina Læſæ Maj. Feloniæ, perduellionis, & ad præſens usq; multiplicata apertiſſima Crimina publica Status*, nec non haud parva delicta privata contra ſpecialiter intereſſantes Privatos Patriotas acſi: impune attentare, atq; committere, *ut vix excogitari poſſet, qvæqve* NB ſub *titulo Regentiæ* hocce in toto terrarum Orbe inaudito Deſpotiſmo, ſeu hiſce maximis attentatis, Criminibus atq; delictis tam publicis, qvam privatis *majora attentari vel committi potuiſſent, ſeu adhuc impune poſſent*; & qvoniam hæc omnia hinc inde per ſe viſibilia gravamina publica Status cor. Thr. Maj. deferre unicuiq; Generoſo Indigenæ Patriæ (prout ſupra fatum) juxta § 30 Formulæ *R*egiminis Curl. licet, ideo Actorem ſpecialiter *Vigore ipſiſſimi Tenoris Diplomatis Ducal.* ſibi benigne collati, & ſic pro munere ac Officio ſuo, qva dignitarium publicum a Duce legitimo legitime conſtitutum, imo a Juribus Supremis S. R. M. totiusq; Reipubl. ſat confirmatum, & *cor: ipſo principe juratum*, tanto magis hæc omnia deferre oportuit, qvanto & indiſſolubilis connexitas cum Cauſis Juridicis Actoris inſuper juridice, indiſſolubiliter ac ſat manifeſte patet.

*Reſpondeant ergo tandem 3 tio peremptorie ac criminaliter Citati ſaltem ac hoc Compendium gravaminum*, & ad hanc ſolam, tantum ſupra acſi: poſito, aſt nullatenus conceſſo deductam diſtinctionem *qvoad commiſſoriales Deciſiones*, licet ab ipſis perverſe ac ineptiſſime objectas, attamen *ob nimirum hic deductam manifeſtam Diſtinctonem nil ad Rhombum inferentes*; vel, cum nunc citatis qvoq; omnis Coloratio Juris ex eadam plus fata Deciſione Commiſſoriali de A. 1717 deeſt, reſpondeant ſaltem ex ſana Ratione de juſtificandis hiſce attentatis, Criminibusq; ſuis, *ſi poſſunt*.

## Cathegoria ſeu Concluſiones petiti.

Generoſus itaq; LEGITIMUS Capitaneus Candavienſis ad præſens Actor pro demonſtranda innata ſua Generoſitate, ac tantum tandem obtinenda Juſtitia finali, nec obulum de alias antecedenter luendis Contumaciis prætendit, aſt potius ſtatim (ſalvo NB de cætero per omnia ac in omnibus reliqvo Jure Decretor. Regiorum *in Contumacias tantas evidentiſſimas Partis adverſæ nunc 3 tio peremptorie ac criminaliter citatæ*, jam obtentorum) *hanc ipſam Partem adverſam* & ex Notorio. & ex continuis talibus Contumaciis *in totum Jure victam*, attamen acſi: ſine ullo impedimento Juri in continenti ad litis Conteſtationem admittit, ET PRO OMNI ZELO, FIDELITATE ACTUALI, AC ASSIDUO LABORE PATRIOTICO HAUD PARVIS SUMPTIBUS PROPRIIS HUCUSQ: PERFECTO, TOT TANTISQVE HINC INDE PERPESSIS CALAMITATIBUS, PERSECUTIONIBUS AC OPPRESSIONIBUS MANIFESTIS, *qvibus ipſi Actori flos Ætatis, imo pars Sanitatis ſuæ* in Miſeria & Cordolio *deſtructa, nec non inter alia ad præſens usq; Via ad adeundas Ulteriores, imprimis in Patria ſua Promotiones atq; Dignitates publicas NB. qvoq; præcluſa fuit* NULLAM RECOMPENSATIONEM SITIENDO, SUUM PROPRIUM SOLUMMODO humillime SUPPLICAT, ut nimirum: prævia inſuper Reviſione Documentorum *tam juxta Pacta Subjectionis Art. VIti qvam §§ Formul. Regimis Curl. XXII. XXX. & L II tanqvam in Cauſis gravibus, maximis & immediate coram Throno trutinandis*, non per aliqvos Senatores ſed *coram Ipſo Tribunali & Throno Maj.* (NB. prout præcipue in MATERIA STATUS PUBL. convenit, *& etiam aliter alii plurimiq; Senatores Documentis probandi, ſeu Probatione abſentes, in Conſcientiam inſuper* Relationis aliorum *non nullorum*, nec ullo modo Vota ſua pro formando Decreto dare, nec præterea Cauſæ Curlandicæ, *imprimis tanti Momenti tantum cor. aliqvibus ex Senatu Deputatis* ſine aperta innovatione Prælibatorum Jurium fundamentalium *revidendo probari, conſeqventer dijudicari poſſunt*, ſed directe & immediate in Fundamento horum COR. THRONO PROBANDAE AC IDEO JUXTA PROBATA pro Jure & Juſtitia ibidem DIJUDICANDAE SUNT) id eſt: UT NIMIRUM Probatione coram Facie totius Reipubl. *vel ſaltem in Conſpectu Totius Incorruptibilis Senatus* legaliter admittenda, atq; ſic per Acta, Ratione.

*Ratione* 1 mæ CAUSÆ. *Capitaneatus*, qvæ in manifeſtiſſimis Juribus publicis & fundamentalibus Supremis Regalibus ac mere Prærogativis Perſonalibus Sac Reg. Maj totius Reipubl. & Dom. Ducalis fundata, ideoq; non ſolum generaliter, ſed etiam ſpecialiter ob 1mum Decret. Regium de A. 1732. contra qvod intra tot Annos nil juridice actum, jam diu Viribus rei Judicatæ & ſtrictiſſimi Juris ipſa Natura Jurium ac Legum pro Clypeo invincibili gaudet, *magna cauſata damna & Litis expenſas in continenti probabilia ac circiter* 15000 dic QVINDECIM MILLIA IMPERIALIUM ſummam efficientia debite *& legaliter ipſi adjudicentur*, & ut Actor ex ſolutis iisdem ſub paratiſſima

Ex-

Executione *in bonis principaliter Citatorum Sacken & Fircks* ( qvi qva horum Damnorum & expenſarum nimis temerarii & malitioſi Cauſatores abunde Jure victi ) in Caſum ulterioris contraventionis peragenda, in poſſeſſionem Capitaneatus ſui Candavienſis actualiter *intromittatur, ſeu,* cum nunc Vacantiæ in Curl: adſunt *tanqvam ad Præſens Primus ac Antiqviſſimus inter Capitaneos Caſtrenſes*, in Caſtellanatum, *vulgo* Capitaneatum majorem Goldingensem vel alium convenienter *promoveatur.* Ratione

*Ratione* 2 dæ CAUSÆ. *Expulſionis* e Bonis Neuhoff qvoq; contra omnia Jura Fundamentalia communia & practicabilia, imo contra ſpecialem Protectionem, & in Virtute hujus conſtitutam ac intimatam Commiſſionem Maj. atq; ob paulo poſt ſubſecuta fata Sereniſſimi tempore Inter-Regni ab Inter-Rege C. Primate Potocki continuatam, attentatæ, Gnrs. Actor, *qvoniam hic in continenti coram Thr.* Maj. *ſpolium enorme probavit, ſpoliatus vero ante omnia reſtituendus*, propter Notorias interea rationes adhuc præſentes in idem ſubjectum, *nimirum: ad præſens inter ſeqveſtrata bona exiſtens,* Re inductio fieri neqvit, in aliud ſubjectum ſatisfactionis competens, *id eſt: tenore anterior. Decret. Reg. in Prædium Bundhoff ſupplicat Re inductionem Ipſi ita adjudicari, ut ea in loco loci primo legaliter peragatur, & poſtea ibidem* de liqvidatione una cum ſubſeqventi verificatione ſummarum *ſupra Neuhoff* ex contractu, obligat: & aſſignat. & reverſalibus aliisq; Documentis de Jure emergentium, atq; delictis qvoq; in loco loci probandis Partium Complicium *inſuper tantum* adverſariis adhærentium, definitive dijudicetur.

*Qvod vero* de cætero NB. hic & nunc contra principaliter citatos jam *probatas violentias atq; injurias privatas in hiſce duabus cauſis attinet, Gnrs. Actor ſatisfactionem privatam* inſuper ergo hic ad præſens qvoq; ſibi competenter urgendam, *ſubditiſſimi reſpectus gratia tanqvam minus majori cedet* PUBLICO INTERESSE MAJ. REIPUBL. & DOMUS DUCALIS, TOTIUSQVE STATUS PUBLICI tam a Principaliter citatis Gnrs: Sacken & c. Firks, eorumq; complicibus majoribus *nimirum Gnrsis Hermanno Chriſtiano Finck, Ulrico Behr, & Johanne Chriſtiano Sacken,* qvam & Nobile Fiscali Goercke (*qvi ob co-attentata ſua*, qvamvis inſuper a conſiliariis temere ac directe contra Maj. Rempubl. & Domum Ducalem ſpecialiter demandata, *attamen ſic contemere ac compliciter etiam ab ipſo Fiſcali minoris ſtatus ac conditionis commiſſa,* ſaltem in exemplum de non in poſterum ſimilia co attentando, cum infamia perpetua e patria relegandus eſſe videtur) DE TOT TANTISQVE CRIMINIBUS STATUS, ATTENTATIS COATTENTATISQVE PUBLICIS MAXIME LÆSO, ET INJURIATO. Ratione.

*Ratione* 3 tiæ CAUSÆ. *Injurioſiſſimæ imputationis complicitatis 3um Infanticidiorum. &c.* Gnrs. Actor humillime petit, ſi Satisfactio Publica de criminibus publicis, *qvæ pœnas multo majores incurrere videntur,* principaliter ſumenda ei non præripit poſſibilitatem alias in hac cauſa mere privatim exigendæ ſatisfactionis

ſuæ,

ſuæ, ut (inſidiis, oppreſſionibusq; aliis qvamvis qvoq; ſat probatis atq; notoriis attamen remotis ex eo, qvia Actor, laus DEO! illas ſalvus evadit, & ſub manu DEI nihilominus contra easdem protectus remanſit) ſaltem qvoad ſupra fatam infamiſſimam imputatam Complicitatem *Poena talionis turris*, atq; deprecationis præ conceptis verbis præſtandæ, *una cum ſubintelligenda Refuſione inſuper Actori cauſatorum litis ſumptuum ac expenſarum*, tenore ultimi Decreti Regii ſuper Primævos Adverſarios Sacken & Fircks, peragatur, *vel in qvantum impoſſibilitatis foret, in tantum Palinodiâ in ſcripto, & qvovis alio modo poſſibili*, ac à ſupremo arbitrio Maj. dependente, manifeſtiſſima *reparatio honoris Actori tacite prætereunter non præriperetur*, & ſic caſſatis qvibusvis illorum putativis Actis, atq; Decretis Contumacialibus, *& qvidem infamibus, nimirum ratione hujus cauſæ infamiſſimæ imputatæ complicitatis infanticidiorum cum infamia perpetua*, ac eliminatione ex actis (*ſalvô remotê inſuper abuſive habitô Nomine ac ſigillô Ducali, nec non nomine Actoris exciſſo*) executio Decretorum Regiorum ob reſiſtentiam adverſariorum continuam per Commiſſionem Regiam armata manu decernendam *tandem cum effectu juſtitiæ*, qvæ nullibi locorum multo minus a Chriſtianis impracticabilis reddenda, ſeu ullo modo impedienda patet, *tandem (dic.) fiat*, itaq; finis huic liti ultra 15 Annos *eheu*! jam continuatæ, Actore manifeſto Patriota hinc inde qvoad fortunam acſi agonizante, imo qvoad ipſam ætatem ac ſanitatem jam ſat debilitato, *pro honore, fama ac intereſſe Maj. Reipubl. Totiusq; Status Publici Patriæ, imo pro ipſa gloria S. Sanctæ Juſtitiæ* debite ac legaliter *tandem ponatur*.

Pro hac S. S. Juſtitiæ *ſolummodo commutativæ* officioſa adminiſtratione Superi Sacram Reg. Maj. atq; totam Rempubl. infallibiliter benedicturi, prout omnes veri Patriotæ una cum Gnrso Actore ſpecialiter maxime inſuper Intereſſante proculdubio illuc vota devotionis ſuæ directuri, ac de cætero cordicitus exclamaturi ſunt:

# SOLI DEO GLORIA.